ma est ☽ cum in coniunctione ex ☉ more femine cōcipiens: in oppositione
tanq̄ maturos partus edat vxor ⁊ oppositionis: idq; genus ducatum ex-
cepit que cūꝫ septimo series iniungeret vxoris nomine appellatur. ¶ Item
iterato ordine ad ♄ reditu facto quoniam natura eius mortifera quā mors
dolor angustie sequunt̄. Octauum autem in occasum tendens in idem offi-
ciū. Ordo cogebat iure mortis nomē vēdicauit. ¶ Ad cū gemine sint oino
fortune altera sez presentis altera consequentis multaq; satior illa ♃ etiam
q̄ ♀ fortuna maior. ♀ quidem huius seculi illius ♃ beatitudineʒ designa

re debui: que quoniam longinque vite est nec nisi lege prudētia iustitia fortitudine temperantia ac celestium speculatione consequenda vt ♃ bonorum omnium sic ꝛ nonum ducatus obtinuit vnde iure vocabulū duxit. ¶ Decimum regnis dicatum est ad ♂ redeundo cuius sunt vires militie potētia seueritas bella cum nece. ¶ Undecimum fortune ad summam mūdi fortunam rediens. ¶ Duodecimum inimicorum quoniam ab oriente remotuꝫ quidem oriens firmat inficiatur ꝙ que ♀ fortunam animi passiones conseaui solent ☿ rediens ad oriēs q quoniaꝫ vt orientis est genitura vita ꝛ metus: sic ☿ ꝛ anima rationalis est a prima varij discursus ☿ in oriente gaudet nihil sui extra se querens. ☽ in tertio quoꝝ tertia via ☽ viatores. ♀ in quinto vt vtrūqꝫ ♀ gaudet delicijs. ♂ in sexto vt ambo passiones malūt. ☉ in nono vt virtus que est veritas ꝛ diuinitatis cōtemplatio. ♃ in vndecimo vt ambo fortunam gerunt. ♄ in duodecimo quorum extremi laboresqꝫ pene.

Quaterna est alia circuli quadrantium designatione quadaꝫ diuina. Orientalis eque quadrās vt e tenebris in lucem prodit animatus incorporeus est. Secundus cuius itinera sunt ꝛ mors inanimatus icorporeus. Tertius vt e luce in tenebras discedit corporeus inanimat⁹. Quartus secundo oppositus animatus corporeus.

e St ꝛ alie signorum nature quedam permixtio. Signorum enim series quatuor elementorum naturas partiatur aqueū igneum aereum terreumue: solum oriens naturam nati singulariter videt sed cōmunio pluriuꝫ conficiat. Et cū ♈ igneum nati fuerit oriens ♎ aereum oppositum. ♑ terreum ♋ aquaticum quatuor cardines obtinentia: nature complexiones conficiunt.

e St ꝛ color per circuli quadrantis discretio. Nam inter oriēs ac terre cardinem color rubeus: hinc ad septimum niger: inde ad decimum viridis: quartus est albus. ¶ Preterea ꝛ inter ipsa domicilia colorum quedam est varietas. Est eniꝫ oriēs ipsuꝫ coloris subalbidi quem griseuꝫ dicunt. Semina extrinsecus viridis: tertium ꝛ vndecimum glauci: cardines rubei: quintum ꝛ nonum albi: sextum ꝛ octauum nigri: septimum obscuri.

e St ꝛ quantitatum per circuli quadrantis dimensio. Naꝫ ab oriente vsqꝫ ad oppositū breuitatis a septem vsqꝫ ad oriens longitudinis mensura sumitur. Preterea duo quadrātes ab imo per oriens vsqꝫ ad summum ascendentes ꝛ augmentantes duo reliqui contra.

Nunc exponendum videtur vt quaternarij numero ꝙ plurimuꝫ rerum partitiones nature seriem sequunt. Quatuor sunt modi plage ventorum acies: anni tempora signorum circuliqꝫ partes omnes complexiōes etates diei noctisqꝫ quadrātes.

E quibus prima oriens subsolanus cuz vtroqꝫ socio. Uer ab oriente ad ♋ ab oriente ad summum signis adolescentia primus diei noctisqꝫ quadrãs. Secunda meridies auster cum geminis complicibus. Estas a ♋ ad ♎ a summo ad occidens colera iuuentus: secundus vtriusqꝫ quadrans. Tertia occidens fauonius cum socijs. Autumnus a ♎ ad ♑ a septimo ad quartum melancolia vtrunqꝫ status: tertius vtriusqꝫ quadrans. Quarta septentrio boreas cuz fratribus hyems a ♑ ad ♈. A quarto ad oriens regina senium: quartus die noctisqꝫ quadrans.

De quadrantibus diei & horarum.

Demum celestis conuersationis quadrantium & horarum exponenda. Due sunt enim mundane lucis conuersiones nocturna atqꝫ diurna quarum altera ꝑ alterius. Est autem & totius accidẽtia partibus accidere. Ut ergo quadripartitus est annus sic & diem sic & noctez totius mutatione quaterna mundi natura discriminant. Singulas autem anni partitiones trina interualla subdistinguunt principium mediũ finis: que quater sumpta duodecim anni menses conficiunt. Sic igitur diei noctisqꝫ quadrantium terna spacia duodecim horas diei totidemqꝫ noctis horas complent: fiuntqꝫ simul omnes vigintiquatuor: itaqꝫ tam diei q̃ noctis: vt ver aereus nature sanguinee: secundus estiue nature: tertius autumnalis: quartus frigidus & humidus.

Restat vt dierum atqꝫ horarum dominos ordinem⁹. Ut enim anni tempora quadrantium circuli temporũqꝫ duodene subdiuisiones duodecim circuli partium erant: sic dies eorũqꝫ subdiuise partes quas horas dominis stellarum dominij esse conueniebant. Unde vt septẽ erant stelle circulum percurrentes sic anni dierum numerus per earum ordinem reuertens per septimanas diuisus est. In gemino ergo stellarum atqꝫ dierum ordine vt inter dies ab eo rectissime exordium sumitur: quem primum nascentis seculi diem indorum & persarum memor antiquitas docet: sic inter stellas ab ea cuius auctoritati diei minus iniunctum erat rectissime exordium sumptum videtur. Sic ergo septem diebus ebdomade inter septem stellas distributis queqꝫ sui diei prime hore singulariter dominatur ceteris persequentium numerum imparticipant assumẽtes partes quotiens ad prime dominum reditur ordine: vt prima feria quam vulgus dominicum vocant diem: primaqꝫ eius hora singulariter ☉ est: secunda ꝯmunior ♀: tertia ☿: q̃rta ☽: q̃nta ♄. sexta ♃: septima ♂: octaua ☉ sicqꝫ deinceps vt transnumeratis .12. horis sequentem diem ☽: tertiũ ♂ accipiat: atqꝫ in hac prima diei hora ad ortum ☉ incepta noctis ad occasum. Quod romani intelligentes singulos dies a dominis cognominauerunt: que nomina latina lingua perpaucis cõmutatis hodie vsqꝫ seruat.

Incipit liber septimus

Eptimi libri capitula nouē. Primum de pprietatibus stellarum ꝛ habitu subst ntiali. Secundū de affectione earum a ☉. Tertium demonstratus earum per quadrantes circuli ac domicilia pariter ꝛ quantitate corporū stellarium. Quartum de constellationibus ac cōstructionibus qualitatum stellariū simul ꝙ q fortior ꝙ debilior. Quintum de respectuū stellarum applicatione ꝛ separatione ceterisqꝫ id genus habitudinibus. Sextum de fortuna stellarum fortitudine ꝛ debilitate atqꝫ infortunio cuꝫ ꝛ corruptionibus ☽. Septimū in extrahendis stellarū radijs iuxta ptholomeum. Octauū de annis firdariech stellaꝝ simul ꝛ damnis eaꝝ maioribus medijs ꝛ minoribus. Nonū de naturis stellaꝝ septem ꝛ proprietatibus ducatuū per vniuersa reꝝ genera.

De proprietatibus stellaruꝫ ꝛ habitu substantiali.

Uemadmodum inter initia sexti libri dispositum est cū ea particio vniuersales signorum ducatus cōtineat: huius voluminis series vniuersos stellaruꝫ ducatus ordine prosequet. Cum enim in predictis nature stellarum ac substantialium quantitatuꝫ differentie exposite sint: ꝯñs erat diuersas earū habitudines ad diuersos rerum habitus ꝛ accidentia ducētes inuestigari. Suntqꝫ itaqꝫ diuerse sue cuiusqꝫ proprie ac substātiales habitudines ad ascensus in circulis suis vel descensus vel mediuꝫ inter vtrūqꝫ cum motus ac luminis augmentum siue detrimentū aut medium inter vtrūqꝫ: tum septētrionalis tum australis ascensus siue descensus. Deinde incrementū numero incrementum cōputo siue detrimentū aut mediū inter vtrūqꝫ. Tum latitudinis quātitas tum nulla postremo q̄tibi vicissitudo inter diē ꝛ nocteꝫ sibaizen aut extra. Ascensus stellaꝝ in circulo centri est inter stellā ꝛ abſideꝫ eius circuli minus. 90. gradibus idqꝫ ꝛ cursus ꝛ decrementū altissima atqꝫ tardissima in puncto absidis cōtra vero in oppositis nam mediū in medio. Qꝛ circa gradus nonagenos inter eadē ad eundem modū ꝛ luminis quantitatem inter augmentū ꝛ decrementū intuentis visum metit singulas inter circuloꝝ sublimationes ꝛ depssiones ppendens his accedit quantū ꝛ retrogradationis circuli p quadrātes suos inter huiusmodi motus adiciunt excepto ꝙ non oibus idem est motus. Nā superioꝝ stellaꝝ lumen admodum lune quantum a sole recedūt augmentant quantū accedunt diminuunt. Incrementuꝫ siue decrementū numero viget. Inter duos ordines numerus ad rectitudines stellaꝝ perpendit quoꝝ primus a. 10. vsqꝫ ad gradus. 180. crescit. Secū

dus a gradibus.180.vsqꝫ ad.360.decrescit. Incremento cōputo ꝙ diu recti tudo medio stelle additur decrementū ꝙ diu detrabitur. Idqꝫ in operis fine medio vero ꝙ diu nec addit quicꝙ nec detrabit ꝙ cum supioribus stellis ac cidit: dū pariter in viā solis fiunt. Erunt quidē aut in eodē puncto cum sole aut in opposito. Inferioribus autē quotiens recto solis loco de medio vtri usqꝫ dempto aut.100.aut.180.gradus relinqui ꝯtingit siue rectitudine pari ter in eodē cum sole puncto reperiunt. Motus aūt augmentū inferioribus qdem stellis ꝙ diu plus medijs suis incedunt decrementū ꝙ diu minus me dium est equaliter. Inferioribus aūt ꝙ diu plus sole currunt augmētum est ꝙ diu minus decrementū: medium inter tum equaliter. ¶ Sciendūz vero quotiēs stella.5.biegzigit pesarum aut indoꝝ collocati in primo aut quar to sui circuli quadrante repériuntur tarde dicunt. In tertio aūt ꝛ secundo ce leres quorum plus si alcdaget mecea scōm si alcdaget albana tractatur que in translatione zigil alchuarchim sufficienter exposuimus. Septētrionales sunt stelle a sui quecqꝫ draconis capite vsqꝫ ad caudam a cauda vsqꝫ ad ca put australes. Quarum maxima latitudo medio inter caput ꝛ caudaz. Ad ipsum vero caput ꝛ caudam nulla baim stellarum.i. vicissitudo Aubailet est vt stelle mascule die superius nocte inferius hemisperiū obtinentes pari ter ꝛ signa mascula possideant. Femine cōtra preter martem quem nox tem perat. Est enim ꝛ hoc quoddā virtutis earum adminiculum.

De affectione eorum a sole.

Einde sunt q̄daz affectiōes stellaꝝ ex sole accidētes singulis iuxta ꝙ accedūt ad solē ꝛ recedunt. Vñ est ꝙ supiores stellea cōiūctiōe solis vsqꝫ ad oppositio nē dextre dicunt. Inde adiunctionē sinistre. Inferiores vero a cōiunctione solis retrograde vsqꝫ ad primā stationem hinc ad coniunctionem directe dextre tamen ad alterā sinistre. Lu na vero a coniunctione vsqꝫ ad oppositionē dextra inde ad coniunctionem sinistra. Sunt itaqꝫ superioꝝ stellarū affectiones huiusmodi.16. Prima est coniunctio cum sole quam zami dicunt in eodem puncto atqꝫ altrinsecus in fra puncta.16.quoniā quantitates circuli solaris punctoruz quidem ad mi nus.32.ad maius.33.queꝫ infra terminum: qꝛ stella in corde solis dicitur ea coniunctio fortunata est hunc terminum excedens ad secundam affectionē migrat que est adustio. In saturno qꝫ ioue vsqꝫ ad decimum perueniens his gradibus a sole elongatus tertia passio suscipit que est sub radijs tantum: vnde iam liberari incipiunt ꝛ vigorem recuperare: hic enim iam maiorum eis annorum potentia redit ꝛ maioris duxturie ꝙ in genezie tractatu expla nauimus peruenit autem hec in Saturno quidem ꝛ Ioue vsqꝫ ad.15.a sole gradus. In marte vsqꝫ ad.18. a quibus terminis in quartaz transeuntes de inceps orientales sunt ꝛ fortes. Que quamdiu infra tres primas affectio-

nes morantur: persica lingua kenezduria nuncupantur. Ab his itaque terminis quáquá he stelle orientales sunt: non tamen videmus eas statim apparere. Nonnunquam enim vel ante per quedam climata plerumque vero longe post diuersas terrarum partes apparent. Sed hinc dicimus eas orientales esse vt exutis iam solaris corporis viribus sole precedente relictas: ab his igitur vt prediximus terminis in quarta iam affectione cor et anima orientis dicuntur apparentes libere et fortes: idque vsque ad. 60. a sole gradus quotta est exagoni quantitas. Ab hinc vero in quintam migrantes orientales debiles dicuntur vsque ad. 90. a sole gradus: quotta est tetragoni quantitas his peragratis non iam orientales dicuntur. Deinceps etenim exquo sol oritur he in quadrantem occidentalem decedunt que sexta affectio est post orientalitatem dicta vsque ad primam stationem peruenies que quota fuerit tota est. 7. affectio. Unde ad oppositionem. 8. Nona est oppositio persica lingua keuercum kabala: aqua ad secundam stationem. 10. que. 11. est. 12. est directio. Secundus tetragonus 13. que ad occidentem declinans dicitur. Exquo namque sol occidit he a medio celi occidentem versus decedunt. Secundus exagonus. 14. inde. 15. qua primum saturnus quidé et iupiter a sole gradibus. 22. accedút Mars vero. 18. sub radijs tantum meliori tantum a. 7. que in gradibus occidentis dicitur vsque ad. 15. a sole gradus perueniens: vnde. 16. sub radijs tantum meliori iam fortuna destituta: iam enim vix minores annos tribuit et duxturiam. In saturno quidem et ioue vsque ad. 6. a sole gradus. In marte vero ad. 10. Postrema est adustio vsque ad coniunctionem que due persica lingua kerikci tagib nuncupantur. ¶ Inferioribus. 16. Prima est çamini quantitatis predicte: deinde vsque ad. 7. a sole gradus. Secunda orientem versus a sole retrogradando: que adustio est nisi latitudo intercedat. Ueneri siquidem nonnunquam preter alias accidit: vt ex eodem cum sole gradu videatur: latitudine faciente: que tota quidem graduum. 8. punctorum. 56. iuxta quod Ptholomeo visum est. Sic itaque nequaquam adusta dici potest venus immo apparés: dum a sole plus. 7. gradibus distet licet longitudine quod in eodem sunt gradu. Tertia vero est sub radijs tantum a. 7. gradibus vsque ad. 12. a sole qua iam vigorem recuperantes: et maiorum annorum sunt et maioris duxturie: hinc orientales in quarta vsque ad secundam stationé: que quinta est. Sexta est discretio vsque ad. 21. a sole gradus octaua est adustio vsque coniunctionem que nona est. Decima est adustio occidentalis vsque ad gradus. 7. Undecima sub radijs tantum vsque ad gradus a sole. 15. Duodecima est directio. Decimatertia prima statio. Decimaquarta retrogradatio vsque ad. 15. a sole gradus. Decimaquinta sub radijs tantum vt ante. Decimasexta adustio vsque ad primam. ¶ Has itaque stellas a cóiunctione solis orientalis retrogradat. Post retrogradationem vere vsque ad. 12. a sole gradus. Inde vsque vltra solem. 15. gradibus. Inde ad coniunctionem. ¶ Luna quoque. 16. a sole mutuatur affectiones. Prima est zamini altrinsecus infra. 16. puncta cum sole. Secunda adustio vsque ad gradus. 6. infra quem terminum nullatenus videri potest. Transacto vero statim nonnunquam in recto circulo.

Tertia sub radijs tātum vsq ad gradus.12. In quarta vsq ad robedan q est ad gradus a sole.45. In quinta vsq ad primum tetragonum. In sexta vsq amphiarton q est ad gradus a sole centumtrigintaquinq. Hinc vsq prope ad oppositionem.12.gradibus.7. Unde.8. vsq ad oppositionem. Nona est oppositio. Decima ab oppositione vsq ad gradus.12. hinc.11. vsq ad secundū luminis quadrātē: vnde duodecima vsq ad secundum tetragonum: a quo.13. vsq ad secundum luminis quadrantem vsq inde ad 12.a sole gradus.14.vnde.15.sub radijs tantum vsq ad.6.gradus postrema est adustio vsq ad primam. Harum igitur affectionum diuersi sunt ducatus quos in locis suis exequemur.

¶ Demonstratus eorum ex quadrantibus circuli ac domicilia pariter & quantitate.

Nunc etiam quid ex quadrantibus circuli stellis accidat exponi conuenit. Quod quadripartituꝫ reperitur locus in cardine locus in ascendente locus in remoto locus in aduerso. Omnis aūt stella in quocunq fuerit circuli loco certa altrinsecus quātitate corporis sui virtutem pretendit. Est itaq solaris corporis virtus inter vtraq partem ante & retro quindenorum graduum: lunaris duodenoruꝫ: saturni & iouialis nouenorum Martis corpus inter vtranq partem octenis gradibus veneris & mercurij altrinsecus.7.& cetera.

¶ De constellationibus ac constructionibus qualitatum stellarum.

Conuentus stellarum quas constellationes dicunt pluribus ac diuersis modis fiunt. Cōueniunt enim planete tum bini tū plures nunc corpore nunc radijs atcum in eisdem signis tum in eisdem signorum partibus. Eorūdem nunc singuli plures fixarū etiam quibusq iunguntur: iungunt etiam capitibus & caudis draconum tā suorum q alienorum iunguntur etiam partibus per circulum. Coniunctionis quidem terminus infra gradus.15.firmioris ducatus infra virtutē stellarum corporum graduū numeros vtralibet parte. Cum enim conuenientium altera infra virtutē alterius corporis extiterit nec illa in huius minus firmum vt saturnus cum luna in vno signo infra gradus.12. nec dum infra 9. Cū igitur vtraq intra alterius corporis virtutem si pariter in eodē nunc termino fuerint ducatus oratio firmius quanto conueniunt firmior quāto separantur debilior quousq de eodem signo exeant. Nam si in diuersis signis vltra eosdē terminos consistant: nō tantum coniuncte dicunt propter signorum diuersitatē: sed altera infra alterius virtutē tenue coniunctim ducatus signa. Fixis aūt signis nulla per se corporum est virtus nisi quāta planetarum est eis conuenientiū alteram alterius naturaꝫ ac propriam cuiusq virtutem inficere & corrūpere: vt coniunctis tertius quidam affectus extraneus perducat. Idq copiosa similitudine approbant queadmodum limpha vino permixta: vt ipsum infrigidet naturā eius inficiens corrūpit sicq con

uerso multaq; his similia. Nos aũt q licet id q ita sit: vt vtrũq; alterius at/temperet: non tamen suam cuiusq; naturam prorsus interire vini calorem: aqueue humorem: licet nõ integrum nec adeo calidum sicq; in ceteris confectionibus. ¶ Est et aliud q hec inferiora corpa liquida permixtione quidẽ vbi alterũ alteri inseritur sese nimirum inuicem inficiunt et corrumpunt. Celestia vero corpora cum iunguntur: q2 longe ab inuicem distant nequaq se ita corrumpunt: sed in natura sua ac virtute propria virtutes suas vicino coicĩunt se inuicem miscent. vnde motu cõmuni ac permixtione tertium quẽdam affectum vtriusq; nature cognatum gigni necesse est. signi natura lociq; circularis affectione pariter et stellarum affectu cooperante quos effectus antiquitas per diuersos tractatus exequitur. ¶ Sunt itaq; stellis coeũtibus gemine habitudines prima qualitatũ permixtio: secunda alterius supra alteram potentiã. Qualitates sunt calor frigor humor siccitas. Qualitatum permixtio quinq; partita. Prima in proprietate nature. Secunda in ascensu: et descensu per circulũ ex centro. Tertia in natura loci. Quarta in affectione ex sole. Quinta in accidenti ex quadrãtibus circuli que in quarto libro exposuimus. ¶ Alterius aũt super alteram potentia triplex que nãq; absidi sue propior qui septentrionalis ascendẽs. Cuiq; septentrionalis latitudo maior ipsa obtinet atq; hic in coniunctione stellarum tm̃ speculari conuenit. Cetera nãq; q absidũ q digressionũ circulis carẽt. Uisum ergo est eis q ratiõabili speculatione celestiũ effectus indagantur. Saturni quidem et martis cõuentus qualitates eorum contrarie coeuntes temperiem conficiunt vtriq; siquidem gemine qualitates quarum altera imobilis altera facile mutabilis: vt Saturnus frigidus siccus interdũ tamen frigidus humidus: mars calidus sicus interdum calidus humidus: vt in quarto libro expositum est. Si ergo conuentus eorũ in signo igneo fuerit calor martis exuperat interreo frigus Saturni vtrunq; siccitas valida. In aqueis et aereis siccitatem humor exuperat alteraq; martis calor alteraq; saturni frigus moderatur. ¶ Ad eundem modum affectiones eorum a sole ordinantur. Nãq; exquo a sole separantur vsq; ad primam stationem aeream nullam contrahunt vim vsq; ad oppositionem solis igneam: vnde vsq; ad stationem terream. Aqua vsq; ad solem aqueam hunc ordinem et quadrantes circuli quantum in ipsis est mutantur. Quotiens igitur ita iunguntur vbi vtraq; qualitas temperetur cõiunctionis ducatus ad finem beatum spectat. Cum vero vt altera tantum minus. ¶ Triplex est igit vtriusq; qualitatis permixtio. Pmo vt sit mars calidus humidus Saturnus frigidus siccus. Secundo vt mars calidus siccus Saturnus frigidus humidus. Tertio vt mars calidus humidus Saturnus frigidus humidus. Cuiuslibet igitur harum trium speciei cõmixtio fortunata: licet enim et ambo fuerint humidi humor tamen martis calor est q Saturni frigus temperat: simplex autẽ alterius tantum vt mars calidus siccus: saturnus frigidus siccus q cum accidit intemperata siccitas alterius calorem alterius frigus imoderate exasperat vt parum temperata coniunctio minus etiam fortunata fit. Omnem inde huius coniunctionis fortunã siue

in exordijs negociorum seu genezia aut annalibus noxia eorum natura cō taminat: vt nec sine labore ⁊ pena multaq; corporis difficultate crebris: ⁊ grauibus animi passionibus seruare queat ⁊ de cetero plerumq; grauior pena cōsequat. Oportet aūt ⁊ in hoc ⁊ in omni cōuentu vt ducatus certior fiat prepotentem qua ratione dictum est dinoscere inter omnes vere hos qui apud solem fit conuentus singulari quoddā priuilegio exceptus est. Omnem etenim stellam sibi coniunctā preter zami adurens ⁊ corrumpit ⁊ debilitat. Ac stelle quas plurimum adustio ledit sunt luna venus. vt enim ex frigido humore teneram ɔtraxere naturam sicco solis feruore nature sue prorsus inimico citius vel grauius leduntur: leuius autē saturnus ⁊ iupiter: leuissime vero mars ⁊ mercurius dū directus fit qui fere solaris nature sunt: vnde in eo conuentu alias quidem fortiores leuius: alias minus fortes grauius corrumpi constans est. Sic ergo cum mars aut saturnus soli iungun tur vterq; alteri grauis excepto q̄ illis adustio grauior quā illi corruptio. Magis autem saturno: post enim cū saturno vtraq; qualitate misceri cum marte vero alteri tantum. Cū igitur vtraq; qualitate sol saturno miscetur: ⁊ sol saturnum leuiter adurit ⁊ saturnus solem leuiter corrumpit: altera tantū grauius excepto q̄ sol semper fortior est hoc si saturno ⁊ loci natura semper incōmoda fuerit qualis est casus locusue circuli versus etiā multo grauius corrumpitur: mars autem soli grauior. Miscetur nāq; sol marti vel altera: tantum qualitate vel nulla. Inter omnes autem mercurio vt consueto ac familiari solis adustio minus grauis minime dum directus fit qui dum sub radijs est ⁊ infortunatus sic paxillum solem ledit ⁊ fortunatus parum beat. Utranq; siquidem fortunam aliunde assumens ad solem transfert. Cum autem iupiter aut venus siue luna soli iungitur solem quidem beant ipsos tamen adustio ledit magis minus fortes preter zami lunam quoq; Saturnus ⁊ mars coniunctione corrumpunt ea tamen discretione q̄ mars in prima lunationis medietate. Saturnus in secunda grauius leuius. Item dum ipsa grauius dum illi. Cum autem Saturnus ⁊ Jupiter cōueniunt qui fortior fuerit obtinet. Sicq; inter Martem ⁊ Venerem ⁊ ceterarum conuentus. Nam quotiens ⁊ plures conueniunt fortissima obtinebit. Sunt tamē qui asserunt quotiens Saturnus vtriq; in natura sua fortis conueniunt cōuentum aduersnm. Ad quod multā similitudinem adducentes aiunt quotiens due res: etiam due res iunguntur nō medium aliquod temperari: sed eandem naturam augeri: vt flamma flamme limphe iuncta multaq; his similia. Sic igitur aiunt he due stelle cum vtraq; infortunata sit coniuncte: potius infortunium adaugent. Dicimus igitur q̄ corporum que apud reperiuntur alia sunt solida alia liquida vtrorumq; habitudines: prima est compositio: secunda confectio: tertia coniunctio: quarta commixtio.

¶ Solidorum igitur vt alia spaciose quantitatis sunt alia diminute. Ex spaciosis compositio tertiam edidit figuram: vt ex lignis edi ex diminutis vero confectio aliam quandam naturam vtriusq; cognatam gignit: vt ex diuersis seminum generibus medium quoddam: liquidorum autem est

alia natura permixtio alia insatiabilis affectus. In his quidem coniunctio: vt ex aqua et adipe in illis cōmixtio vt ex aqua et vino medium quoddam gignitur. Quotiens igitur diuersis generibus coadunatis quod inuicem interserta alterum alterius naturam inficit et interficit ea commixtio siue confectio: tertium quoddam producens ex eisdem enim generibus neque cōmixtio neque confectio medium aliquod gignens. Uerum adiunctio siue aggregatio augmentans: vt aqua aquis flamma flammis coeuntes: vt semina seminibus: radices radicibus sui generis hisque similia. Quorum quoniam nihil in supernis accidit neque enim sese contingunt nec inuicem interseruntur: vt ad aliquid agerent verum ex legitimo coitu cum cōtrarie qualitates misceantur ex alterius frigore alterius calore sicque ꝯuerso temperari necesse est.

¶ De applicatione respectuum stellarum et separatione ceterisque id genus habitudinibus.

Stellarum habitudines alij specialiter ordinantes numero variant sic enim Albumasar cū alibi. 25. scribat hic. 17. nos autem tullij nostri memores nō posito genere in eadem partitiōe speciem numerare cōsueuimus eas. 18. generali complexione enumerauimus specialiter: vt mos est ordine subdiuidētes respectus applicatio separatio: parilitas: solitudo: alienatio: translatio: collatio: prohibitio: collectio: reditio: cōtradictio: impeditio: euasio: interceptio: compassio: remuneratio: receptio. ¶ Respectus stellarum est inter domicilia suprapositis figuris discriminata bipartitus. Sinister quidem ad tertium quartū quintum. Dexter ad. 10. 9. 8. Sextus per diametrum opponitur respectus quidem est de signo ad signum validissimus tamē de gradu ad gradum per gradus equales figurales proportionaliū artium cōtinentes. ¶ Applicatio est leuis ad grauem dum grauis plurium sit graduum. Est autem primo loco bipartita corpore videlicet respectu: corpore quidem in eodē signo quam coniunctionem vel conuentū dicimus cuius virtus seorsum tractari debuit. Applicationis respectiue quedā sunt species quas: vt de ipsa generaliter tractatū fuerit loco suo exequmur. Quotiens .n. ex domicilijs sese respiciētibus leuis ad grauē accedit non eque est cōiunctio: sed nature quedam cōmixtio coniunctione debilior. In vtrolibet igitur genere quod diu leuis ad grauem a terminis constitutis applicatio est ex quo transierit separatio. vis equidē applicationis cōiunctiue a. 15. gradibus respectiue a. 12. debilis tamen quousque applicans in eundem terminū perueniat aut infra dimidiū vtriusque corporis virtutem. ¶ Quod genus ligon dicitur a qua dum separatur in eius virtute est quod diu non applicatur alij in eodem signo magisque infra dimidiam eius corporis virtutem: licet enim vel ad plures vna quelibet accedat cui propior est ei accedat dicitur. Nā ligon si in fine signi fuerit dimidiū eius virtutis sequētis signi est. Nec aliter in principio signi excepto quod ea virtus non adeo valida propter signorum diuersitatem. Quotiens vero duobus in eodem pun

cto consistentibus tertius vndelibet applicat ei primum ligari dicitur in cu ius pluribus extiterit dignitatibus deinde secundū. Sic etiam quotiēs due ex eodem puncto vni applicant ea primū ligatur que plurimum testimoni um affert. Cum secundus in hoc genere dn̄s termini precedit contingit non nunq̄ vt solitarie alicuius in fine signi corporis virtus in sequenti signo ra dijs alterius excipiatur sitq̄ mixtio debilis nō tamen applicatio quousq̄ in respectu transitus fiat. Omnia que dicta sunt in coniunctione quidem fir miora sunt: magis autem dum naturalis fiat commixtio in vtroq̄ genere.

¶ Utriusq̄ ergo generis gemine sunt species in longum ꝛ latū. In lōgum quidem nunc: directe nunc retrograde in modum quo exposuimus. Latitu dinis triplex est subdiuisio prima quidem: vt sit coniunctio in eodem gra du eadem latitudine eadē parte q̄ genus alterius ecclypsim parat necesse est. Secunda est oppositio vt altera ad septētrionem ascendente altera ad septen trionem descendente aut ecōuerso eadem vtrunq̄ latitudine sitq̄ in austro. Tertia est sexquipartita inter binos exagonos tetragonos trigonos altera ad septentrionem ascendente altera ad austruꝫ descendente aut ecōuerso. Ea discretione adhibita ne extrema applicantis latitudo minor sit presente alte rius latitudine. Ad quam cū peruenerit ligatio est ex quo transierit separa tio. Excepto q̄ non statim virtutē illius exuit q̄diu scilicet in eadem parte fuerit quousq̄ altera ascendente altera descendente incipiat vel conuerso.

¶ Est ꝛ aliud generis artificium vt respicientiū videlicet stellarum septen trionali latitudine loco suo adiecta latitudine vero australi loco suo detra cta inter reperta loca duo longitudo colligatur. Que si fuerit graduum aut 60. aut. 90 aut. 120. exordio numeri a leuiori sumpto ligatio est. Si minus applicatio si magis separatio: pōt etiam vna quelibet pariter alteri lōgo al teri lato applicari. Unde diximus de fugitiuo si luna inquit Joui longitu dine: marti latitudine ligata reperit̄ q̄ marti consequendū iudicat: q̄ꝛ Joui non ledendū: firmius vero vni vtraq̄ applicatione ligari: magis ex aliqua recipientis dignitate: vnde applicationis respectui quatuor sunt species do num: nature donum: virtutis donum: gemine nature donum: consilij donū: nature est applicatio ex aliqua recipientis dignitate. Donuꝫ virtutis est ap plicatio ex aliqua applicantis dignitate. Donum gemine nature est applica tio pariter ex vtriusq̄ dignitate. Donum consilij quelibet alia firmior ami ce figure natureq̄ cōmixtione firmissima cū receptione. ¶ Parilitas ligatio nis vim imitatur naturali quadā adequatione non respectu qua doctissimi astrologi in secretis rerum vsi reperiuntur. Uulgares vero nihil huiusmo di intelligentes nec aduertisse videntur. Est autem bipartita intra gradus si gnorum equaliter orientium signorūq̄ equalium dierum qua ratione com pos ꝛ consors inuenit̄ stella in primo ♈ gradu stelle in vltimo ♓ quaruꝫ altera ei que in fine ♍ altera eius in principio ♎: sic ea que in. 20. ♈ ei que in. 20. ♓: sicq̄ ei in. 20 ♍: similiter ea q̄ in fine ♈ ei que in principio ♓: sicq̄ ei que in principio ♍: sicq̄ deinceps ad hūc modum. ¶ Solitudo est quo

tiens stella post separationez nulli in toto signo applicat. ¶ Alienatio est cum per totum signum omni respectu caret quod sepius ☽ accidit cunque accidat ducenda est stella per terminorum dominos more applicationis tanquam ligata cuique in cuiusque termino fuerit: sicque per ordinem. Quod artificium et in solitudine nonnunquam adhibendum est videlicet non satis commixtis separata longius dimisse vires exuit necdum alij applicans. ¶ Translatio ab vna ad aliam cuius due partes. Altera vt eadem stella inter duas ab altera sepa rata alteri applicet altera: vt dum leuis graui applicat grauis alteri applicet. ¶ Collectionis due sunt species quarum altera collectionem: altera transla tionem imitatur. Illa siquidem vt sint due auerse abinuicem vnam respicien tes vel ei applicantes. Illa vero quelibet circuli locum respiciat cui conferat. Hec autem vt inter oriens negocij quam dominos abinuicem auersos aut sepa ratos quelibet alio ex vno alium respiciens vel applicans conferat. ¶ Pro hibitio bipartita altera vt sint tres vel plures in eodem signo per diuersos gradus grauis in pluribus. Hec ergo que media est altera prohibet ne gra ui applicet quousque eam transeat. Altera vero ex parte respectus vt cum de duabus stellis in eodem signo altera applicet alteri: sic eidez pariter eminus alia respectu applicans que si in paucioribus vel equalibus fuerit gradibus eam corpore accedens prohibet quousque graduum numero superet. ¶ Reditio quoque ex duobus sumitur locis. Altero vt cum stelle sub radijs existenti applica tur. altero cum retrograde vtrunque siquidem applicantis consilium reicit. Est igitur huiusmodi reditio tum salubrum tum aduersa: ac salubris qui dem triplici modo perpenditur. Primo quidem vt sit applicationis recep tio. Secundo vt vtraque in cardine aut post cardinem applicansque directa. Tertio vt licet recipiens remotus applicans solum in cardine sit: aut post cardinem: hic itaque recipiens quidem quam corruptus est et remotus. Rem quippe quantum in ipso est inficit. sed quia reddit ipsi quod conferebat. Ille vero liber et fortis eripiens rem ad effectum producit. ¶ Aduersa vero duplici modo. Altero vt sit duplicans remotus. Alter autez in cardine aut post car dinem. Hic ergo quandocunque confertur redditur. Ille vero debilis rem qui dem alter parat: alter deinde inficit: altero vt sint ambo remoti vel adusti si ue retrogradi. quod cum acciderit res omnino negatur. ¶ Contradictio est vt cum stella stelle applicans antequam perueniat retrograda fit. Id enim est fir mata negare. ¶ Impeditio est vt inter tres stellas quarum grauior in quoli bet gradibus: leuior in pluribus: leuissima in paucioribus: que dum graui applicare paret: anterior illa retrogradatio grauem transeat. Hic ergo appli cantem impediri necesse est. ¶ Euasio est cum stella stelle applicat que antequam perueniat illa insequens signum transiens alias vicinior: respectu inficit. Id enim est prius consilium annullari. Interceptio tripartita est primo quidem: vt sit stella parans applicare stelle A qua in secundo signo stella que retrogra dando antequam illa perueniat huic iungatur sicque applicans lumine intercipit. Secundo vt sit leuis graui applicans: illa vero grauiori antequam transeat quam

leuis ad ipsam perueniat. Signum ergo est in re quesita aliud puenire. Tertio autem applicet stella stelle equali negocij domino: aut ipsi equalis illi. ¶ Compassio est cum stelle in casu suo: aut pcipitio posite stella amica de aliqua dignitate eius applicat: aut ipsi illi q sit psequenter in proximo ad eundem modum conuersio fiat idem q remunerationē dicimus. ¶ Receptio est cum stella stelle applicat vt vel applicans in recipientis sit dignitatibus: aut recipiens in applicantis: firma quidem de domicilio aut principatu de ceteris debilis: nisi pluribus simul: de quo genere est receptio ex respectu siue applicatione aut ex amica figura aut ex prima et secunda signorum cognitione quas superius tractauimus: Sic etiam fortunate sese inuicem respiciunt: sic infortunia duo coniunctione tantum aut amica figura. Est itaq receptio quedam alia fortis: alia debilis: alia mediocris. Fortis quidem inter ☉ et ☽ omni ex loco preter oppositionem: que cum ex dignitatibus fortissima est: eiusdem generis est receptio apud ♀ ex ♍. Mediocris vero ex singulis dignitatibus de primis duobus generibus: de ceteris vero debilis nisi pluribus simul vt dictum est: ex horuz oppositionis remunitio sumit.

¶ De fortuna stellaruz fortitudine et debilitate atq infortunio.

Ex his habitudinib' quaterna stellarz affectio pcedit: fortuna: ifortuniū: fortitudo: debilitas. Tū et ☽ ipedimenta. Fortuna stellaruz est: vt sint fortunatis piuncte aut amica figura respecte infortunijs auersis aut inter fortunas similiter medie aut zami aut in amico ☉ respectu siue ☽ felicis motus atq lumine crescētis: aut vt sint in dignitatibus suis aut gradibus lucidis recepte: aut saltim sibarzehe: vt masculę in signis ac gradibus masculinis die super terrā: femine contra aut sint in dignitatibus fortunarum. Nam et fortunarum fortuna est esse in dignitatibus luminum itaq fortuna stellaruz tripartita multiplex plenaria diminuta: multiplex quotiens ex huiusmodi comoditatibus plures conueniunt: vt ♀ in ♍ dupla qui si pariter et in termino suo fuerit tripla: sicque simul in oriente quadrupla. Plenaria in domicilijs melioris figure: vt ♄ in aqrio: ♃ in ♐ ♄ in ♏ ♀ in ♉: ☿ in ♍: diminuta in alteris. ¶ Fortitudo stellarum est ascensus ad septentrionem: aut esse in septentrione. Ascensus in circulo ex centro motus augmentum: tum vt sint in statione secunda: tum extra adustionem directe: tum vt cardine aut post cardinem. Superiorum quoq stellarum: vt sint orientales et in orientalibus circuli quadrantibus. ☉ ibidem pariter: et in signis masculinis preter ♎. Inferiorum autem vt sint occidentales: et in occidentalibus circuli quadrantibus. ¶ Debilitas stellarum est casus exitium exilium magisque cum solitudine applicatio ad retrogradam aut corruptam: prima statio retrogradatio sub radijs: tum vt sint in gradibus obscuris nature recepte: aut in oppositis harzehe

descendente ad austrū aut esse in austro descendere in circulo excentri motus decrementum: remotio 7 auersio. Tuz via pusta a.20. ♎ vsqꝫ ad.10 ♏. Superiorum quoqꝫ trium vt sint occidentales 7 in occidentalibus circuli quadrantibus ibidem ☉ preter nonum sed in signis femineis. Inferiorum autem vt orientales 7 in quadrantibus circuli orientalibus. ¶ Infortunium stellarum est vt sint infortunijs coniuncte aut oppositione eorum siue tetragono aut trigono vel exagono: aut sint termini infortuniorum seu domicilijs aut superemineant infortunia vt ex.10.aut.11.a stelle loco eiusqꝫ nec recepte infortunio. Tum vt coniuncte ☉ aut in tetragono eius siue oppositione peiusqꝫ infra.4.gradus. Tum vt capitibus draconum suorum aut caudis iungant aut capiti draconis: aut caude idqꝫ infra.12.gradus. Sunt qui caput de natura augmentatiua iudicent: cōuenientibus itaqꝫ fortunatis fortune addit: infortunijs iunctis infortunio. Caude vero natura diminutiua: minuit itaqꝫ tam de fortuna ꝙ̄ infortunio vtrolibet genere ꝯiuncto. ¶ Postremum est obsessionis infortunium. Est autem bipartita. Primo quidem vt sit stella in quolibet signo vtrūqꝫ vero in eodem signo infortunij aut corpus aut radij aut ab infortunio separata infortunio applicet. Secundo vt sit stella in signo quolibet pariterqꝫ infortuniorum alterum in secundo alterum in.12.quod genus signi potius est. Si enim nec insit stella fueritqꝫ vel oriens vel aliud quodlibet hoc modo affectū obsessa dicitur. Utrolibet igitur in genere si vel ☉ vel fortunate respectus propius.7.gradibus interuenerit eripit magis propriuz domicilium huiusmodi quasi obsessio si infortunata fuerit summe fortunata. ¶ Impedimenta ☽ seu corruptiones singulares vndecim sunt. Prima est eclypsis validissima in signo radicali seu in trigono eius aut tetragono eius. Secunda sub radij. Tertia inter ipsam 7 oppositionem ☉ minus.12.gradibus. Quarta cum est obsessa inter duos malos. Quinta vt sit cursu vacua. Sexta quando est cum cauda draconis. Septima cū est in australibus signis magisqꝫ descendēs. Octaua in via pusta. Nona in fine signorum. Decima cum minus medio suo motu icedit. Undecima in nono ab oriente.

¶ In extraendis stellarum radijs iuxta Ptholomeum.

In extrahendis stellarum radijs multa diuersitas per diuersos tractatus inuenitur ꝙ̄ albi. Nam hic Ptholomeū elegimus cuius ipsa hec verba. Quotiens inquit trahendi fiunt stellarum radij discernendum primuz est locus stelle inter circuli quadrantes qui si inter celi cardinem 7 oriens reperitur obseruatus assumetur: locus stelle ex circulo recto pariter 7 medium celi ex eodem circulo quo facto diminuetur is medij celi gradus de eo stelle gradu quodqꝫ remanserit diuidetur per partes hore gradus stelle vnde hore stellarumqꝫ puncta colliguntur eaqꝫ est distantia stelle a medio celi. Qꝫ si stella sit inter oriens 7 terre cardinem: summum recti circuli detrahetur de stelle gradu eiusdem circuli reliquoqꝫ seruato assumpte partes hore gradus stelle per senarium multipli-

cabuntur: productaq; summa de reseruato reliquo diminuetur: quodq; remanserit diuidetur per partes hore oppositi gradus stelle: quotq; colliguntur hore sunt horarum puncta ea est distantia stelle ab oriente. Si autem inter quartum et septimum assumes terre cardinis circulus diminuetur de loco stelle ex eodem circulo residuumq; diuidetur per partes hore gradus opposite stelle: eaq; est distantia stelle a cardine terre. Si enim inter septimū celiq; sit cardinem vnum recti circuli detrahunt de loco stelle eiusdē circuli reliquo notato partes hore oppositi gradus stelle senarius multiplicabit vnde producta summa de notato residuo dempta reliquū per partes hore gradus stelle diuidetur: eaq; est distantia stelle ab occidentis cardine. Ad hunc modum stelle a cardinibus distantia deprehensa cū extrahendi fuerit radij stelle cuiuslibet figure in sinistram quidem ad exagonuz.60.tetragonū.90. ad trigonum.120.gradus adijcientur. in dextra vero detrahentur. Cū hec itaq; numero introitu facto in circulum rectum quot gradus equales in signo suo designauerit assumentur deinde loco stelle per ortuz climatis vt ante sinistram. Item ad exagonum quidem.60.ad tetragonū.90.ad trigonuz 120.gradus addentur in dexteram vero diminuentur. Cum quo numero in tabula climatis introitu facto quot gradus equales in signo suo demonstrauerit assumentur. Si ergo vtrūq; assumptus equalium graduuz numerus in eundem gradum inciderit eum gradū eius stelle radij fuerunt. Si vero in diuersos collecta inter numeros differentia per senariū diuidetur: quātumq; diuisio dederit multiplicabitur per horas distantie stelle a cardine: productaq; summa duorum locoruz loco stelle per gradus equales in sinistra propinquiori. in dextra vero longinquiori adijcitur. Quo ergo numerus peruenerit eousq; radij stelle pertingunt. Oppositionis deniq; radij per diametrum oppositum significat.

¶ De annis firdariech stellarum simul et de annis earum maioribus medijs et minoribus.

Anni stellarum quinq; partitio reperiunt. Alij qdē sunt firdariech stellarū. Alij sunt magni stellarum anni. Alij maiores: medij: minores. Alij quidem in iudicia seculi. Alij in vitam humanā. Alij in rerum et tpum numeros tuz ex virtute corporꝫ stellarum: tuz ex varijs per circulos suos metis tum ex terminis cuiusq; alijq; atq; alijs per circulum proprietatibus certis dimensionibus assumpti quorum ratio plenius alibi tractatur. Nunc autem singuli in hunc ordinem numerantur.

Anni	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☊	☋
Firdarie	10	8	13	9	11	12	7	3	2
Maximi	1460	260	480	520	465	428	264		

		al' 115					
Maiores	120	82	76	108	57	79	57
		al' 72					al' 66
Medij	39 ⁊ di.	45	48	66 ⁊ di.	42 ⁊ di.	45 ⁊ di.	40 ⁊ dimidiū
		al' 69 ⁊ dimidiū		al' 39 ⁊ dimidium			
Minores	19	8	20	29	30	12	15

¶ De naturis stellarum septem ⁊ proprietatibus ducatum per vniuersa rerum genera.

POstremo est vniuersi stellarum ducatus per diuersos rerum motus expositio quos in nullo singulari corpore simul omnes reperiri impossibile est: sed partim in hoc partim in illo: sparsim omnes complentur. Consequenter autem singulas tum ex naturali cuiusq; virtute: tum ex varijs locorum affectionibus diuersos eorum motus comitantium.

¶ ♄ quidem natura frigidus siccus nōnunq; accidentaliter humidus obscurus asper grauis fetidus vorax tenax: multe cogitatiōis firmeq; memorie sibi magni: alijs parui: eius est agricultura: habitatio: terrarum ⁊ aquarum rerum dimensio ⁊ pondus: fundi partitio: multaq; interdum possesio: tum ⁊ manu altuz pars artificiorum vt cementarij fossores carpentarij atq; id genus tuz summa ⁊ egestas nauigia longa via ⁊ difficilis longum exilium: etiaz prouisus difficultatum ⁊ periculorum incursus: tum fraudes nequitia doli proditio noxa facinora abhominatio solitudo deliberatio quoq; ⁊ intellectus: sermo certus ⁊ amicitia stabilis: longa prouidentia: tum ⁊ regum consules: omnisq; malitia iniquitas ⁊ violentia captiuitas: cathene compedes carceres damnatio instantia pertinatia perfidia difficilis ira: nec tamen effrenis omnisq; boni odium ⁊ inuidia. Tum metus angustia dolor penitentia passiones dubitatio. Error in volucrum labor pena lesio funera luctusq; funebrij orphani vidui ⁊ orbi: hereditates resq; antique. Tum senex patres aui proaui eiusq; partis parentes. Tum serui mancipia mercenarij eunuchi vulgus atq; hominum genus infame steriles ignauum detractium: corporis partes auris dextra ⁊ splen omneq; melancolie genus. Tum malefici fures fossoresq; monumentorum ⁊ spoliatores: omneq; magice omnisq; maleficij studium postremo

longa cogitatio: rarus sermo: altus secretorum intellectus: occulta profundorum atqꝫ inexhausta sapientia.

¶ ♃ natura calidus humidus dulcis temperatꝰ equus est eius vtus naturalis ac nutritiua corpora animantium sobolisqꝫ progenies magnates ⁊ ꝑlati: corporis partes auris sinistra ⁊ epar: forme dignitas: animi nobilitas: sana sapientia ⁊ intellectus: visionum interpretatio: certitudo ⁊ veritas Tū iura leges templa cerimonie religio honestas fortitudo temperantia iudicia pacificentia: gratia vera fides humilitas ⁊ obedientia. Accidenter aliquando post deliberationem inconsultus rerū aggressus: ac difficultatum incursus. Tum patientia deinde vindicta ⁊ victoria in omni contentione magnificentia dignitates regna principatus. Tum spes gaudiū munditia cōtinentia parcitas beniuolentia amicitia liberalitas: animi ingenuitas. Tuꝫ facultates ⁊ suffragia: hominum societates: cohabitatio contubernium sermones quoqꝫ dignitates promissio stabilis: depositio fidelis hilaris iocundus placidus indulgens veneri officio ⁊ sibi ⁊ suis vtilis malum fugiens ⁊ bonum appetens prouido consilio: graui sermone: ⁊ priuatis publicis rebꝰ salubris ac fructuosus.

¶ Mars: natura calidus siccus acutus vehemens atrox: eius est adolescentia vires epar cū ♃ nares cum ♀ corporisqꝫ passiones calide: tum igni tabula exustio cunctiqꝫ repentini prouentus: reges violenti: inimici inhumani: peruersi iudices: iudicia castra regum: clientela iniquitas scelera ꝓditio pugna cedes effrenis audacia: stulta securitas: elatio magna tumiditas iactātia: forme ⁊ glorie amor: dissensiones litigia seditiones controuersie predatiōes oppressiōes insidia latrocinia: grauis ira: facilis offensa plage vulnera captiuitas discretio: fugiēdi difficultas: timor ac tremor: improuisa festinatio perfidia contradictio turpiloquia: incautus amor: manifesta amicitia: promissus impensus ꝑiurus dolosus respōsione: ⁊ aggressu promptus atqꝫ ingeniosus fallax inconstans exlex maledicus maleficus: malignus temporis incompositus omnia contaminans: varie cogitationis in rebus cogitandis: in rerum cōmutatiōe cōsultu reditu: multi murmuris ⁊ pene deformis inuerecundus incestus spureus ingratus: ꝑgnanti grauis parturienti inimicus: partui periculosus nōnunqꝫ aborsus: causa euidem: ⁊ mediocre hominū genus. Tum ⁊ pecudum custodia iumentorūqꝫ causa ⁊ procuratio. Tum ⁊ vulnerū ⁊ lesionꝫ causa pluriumqꝫ cirurgia omneqꝫ

ferarium omne cruentum artificiumqꝫ mortiferuz. Nam eiusdē mortis acerbum duo reliquum magis ♄ ☿ participe.

Sol natura igneus temperatus: eius est omnis eorum nitor ⁊ claritas vniuersalis vita caput animantis cum animali spiritu atqꝫ oculo dextro. Opinio quoqꝫ ⁊ ratio tum medium zone habitabilis: reges ⁊ primates: concilia ⁊ cetus hominum: fortitudo: victoria: vindicta: honestas: magnificentia: habitudo bona existimatio: ambitio: multaqꝫ auri cupiditas perspicuitas mūdicia graue eloquium vicinis noxius remotis cōtra sicqꝫ inter hec nunc cōmodus eiusqꝫ hic sublimatio illic degradatio habet leges: iudicia: magistratus intelligentias tum patres ⁊ fratres nihil roganti negans. Postrema sunt valida malorū vltio regimen imperiale summe diuinitatis contemplatio.

Venus frigida ⁊ humida temperata eius est mulierum genus minoresqꝫ sorores. Tum vestimenta omnisqꝫ cultus ac redimicula cuz aureisqꝫ ⁊ argenteis ornamentis: tum frequens balneum ⁊ ablutio forme quoqꝫ aptitudo gratiosa cū multa facetia amor musice gaudia loci omnisqꝫ instrumentalis melodia cum ipsis ēt instrumentis atqꝫ motibus adaptis. Tum sponse cum spōsalibus: ac thalamis cum triplici iure coniugij simul: etiaz odora dulcia ac suauia queqꝫ ludi incesseris atqꝫ aleis ocia preter studia: amor: lasciuia: dulces querele: effeminatio: indignatio: fallacia: frequens mendacium ac periuria. Tum vina mella potusque inebriabilis ipsaque ebrietas: luxuria: fornicatio omneqꝫ id genus tum naturalis vsus ꝙ̄ cōtra naturam in vtrolibet sexu tamqꝫ legitimi ꝙ̄ illiciti cuz ipsis omnium auctoribus simulqꝫ omni prole illegali. Tum dilectio nati mutua hominum charitas pietas facilis crudelitas voluntaria receptio valitudo corporis animi debilitas multa carnositas pinguedo cum adipe omnis voluptas diuitie: ⁊ oblectamenta eorūqꝫ studiosa inquisitio. Tum subtilia mirandaqꝫ artificia: vt egregie picture atqꝫ suture cū suis artificibus tum fora ⁊ tentoria odorumqꝫ mercature. Postremo scientiarum intētio. Templa deinde legis obseruatio ius equabile.

¶ Mercurius promiscuus ad omnem commi-
xtionis assensum facilis eius pueritia cum maio
ribus fratribus multoq3 puerorū amore. Tū
diuinitatis fides prophetie sermone discipline do
ctores cum discipulis ingenium: ratio: eloquen-
tia: precepta eorumq3 obseruatio: plena sapiētia:
sana doctrina: salubris exhortatio arguta dece-
ptio: probabiles iductiones necessarij sylogismi:
philosophie ac poetrie studium: plurimumq3 in
mathematica: arismetrica: geometrie: et astrono-
mie nec sine metrica et richmica. Tum diuinatio

num sortilege quoq3 cum augurijs et auspicijs preterea grata et fructuosa fa
cundia. Tum libri cōmēta scribe eorūq3 officiū acuta et ppterea officia dili-
gens oium sciarū vsus et exercitatio cū eleganti nouitatis iuentione ac secre
torū intellectu soli diuinitati patentiū rarū gaudiū rare delicie tenuis volu-
ptas tum prouidū consiliū: fama: rumores: ambitio magis glorie cāe dein-
de qōnes: tributaria aerea: appotetice questus cū multo sumptu ac falsitate.
Mercature partiens negociationes furta: fraudulentia: maliuolentia: ignа-
uia: inimicitie: timor: seruitus: dubij atq3 inuoluti affectus obediētia cū sum
ma itentiōe ac mitti in alienos dolores cū passione fratrū amor ppulsio le
gis obseruatio verax causata ingrata vocis modulatio: aptitudo in omne
artificiū cunctorūq3 pfectio cōfidenti oium pfessiōe. Postremo suendi: radē
di: pectendi: adapta manus cū suis instrīs et artificibus. Nam et fontium sca
turigines amniū decursus aquarum deriuationes.

¶ Frida accūtalriterdū cala ad lumē lucens
leuis ad oia faciens negocia: formā: gaudiū: fa
mā affectās: ei9 sunt negociorū inicia, reges et pn
cipatus sba cū victualib9 affectū psecutio itētio
in scias legē altorūq3 ptēplatiōē tū et carmi-
nū vires varij mot9 animi studiorūq3 in terra-
rū atq3 aq̄rū cōputo ac dimēsiōe debilis tñ sen
sus tenuis memoria pterea matrone piugia gra
uide nutritura et nutrices mres auie maioresq3
sorores nūcij mādata fugitiui mēdaciū delatio
assentatio oib9 motib9 accomoda et accepta ni-

hilominus laus corporum saluti studiosa multum edax parum venerea.
¶ Hij ergo stellarum ducatus vt nunquā omnes simul in vno corpore in
ueniuntur sic nec ex vllo loco simpliciue stelle habitu per diuersa tempo-
ra colliguntur.

¶ Liber octauus. 8. habet capitula. ¶ Primum de causa ptium. ¶ Se
cundū de diuisione. ¶ Tertium de partibus stellarū. ¶ Quartū de parti
bus signorum. ¶ Quintum de partibus. ¶ Sextum de conuentu ptium
¶ Septimū de ducibus ptium. ¶ Octauum de eorum iuicem intentione.

Mnes stellarum ac sydereę virtutis rationem totius tractatus series continet postreme partitionis est alius quidem celestis potentie ducatus ac secundaria virtus non in ipsis quidem stellarum aut sydere corporibus sed principalibus ducibus consequenti necessitate sumpte. Omnis enim antiquitas in his tribus ducibus convenit primo stellis: secundo signis: tertio vtrorumque partibus per circulum ordinatis: quorum primi duo animi et corporis vice prima tractant consilia. Tertius more accidentis porum in assensum succedit quoque nonnulli veterum primis omissis tertii tantum auctoritatem per omnia negocia sequantur. Hermes tamen cunctique sequaces eius persarum babilonie atque grecorum astrologi in omni negocio primo stellam naturaliter ad id ducentem cum loco suo. Secundo domicilium eius negocii eiusque dominum. Tertio partem negocio attinentum cum loco atque domino suo consulunt eque vt de ceteris conuentum eius cum stellis et respectum ductumque ac transitum metientes. Unde manifesta videtur partium causa si quibus stellaris ducatus ratio constans est idque duobus modis. Primo quidem quoniam stellarum distantie quantitatem ducatus earum inequalitas sequitur vt promptius inter stellas eiusdem ducacus patet. Quemadmodum inter solem et saturnum quorum vel ducatus ad status ducatus patrum necessaria visa est ducum distantie dimensio ad perpendendas eorum vires omni tempore in omni negocio que prima partium causa existit. Secundo vero quoniam rerum modus quo sydera ducunt non simplici aliquo ducatu perpenditur verum permixtionem duum aut plurium idem designantium quidem genus frequenter in volucrum atque error consequitur ne facile princeps eligi possit quod pre ceteris sequamur aut cum dominorum alter sit diurnus alter nocturnusque sicque alter masculus alter femina hisque similia nec multo alter altero fortior hic itaque negocii partem educi necessarium est que cum alter virtus testimonia accesserit facile assequendum ducem eligat quoniam ergo hec distantia collecta in quemlibet circuli locum incidat necesse est ex tribus eas principiis oriri constans est quorum duo naturalia firma tertium mutabile ac prima quidem duo sunt inter que sumuntur eorumque primum a quo tertium a quo numerus collectus incipit: verbi gratia ab hac ad illam collectus graduum numerus atque in initio ab orientis gradu aut alium desumpto per trigenos gradus eductas vt steterit partis locum fugit. Quod autem hic numeras ab oriente distat concipitur. Secundo vero quoniam oriens rerum initiis preest iure sepius ab ipso iniciandum videtur. Nam quidem interdum aliunde vel ab alio videlicet domicilio aut loco stelle causa est quod ei negocio affinius attinet quapropter vt dictum est: tertium hoc principium mutabile est. Quoniam vero stellarum omnium circuitus zodiaci axem ambit sicque oriens quidem per zodiaci gradus computatur. dicimus enim vt stellam sic oriens in hoc vel in illo huius vel illius signi gradum deduceretur non vero per orientium gradus sunt enim de circulo vel recto vel ver-

ticali quorum poli a zodiaci polis alterutra ex parte distant vt est recti circulo distantia sicut Ptholomeo placet graduum.23.puncto℞.51.

¶ De diuisione. Caplm. 2.

His itaq3 positis he partes iter principia tractatus ⁊ numero ⁊ nominibus distinguende videntur. Omnes etenim quas persarum babilonie ⁊ egyptij auctoritas firmauit in libris eorum.97.inueniuntur trina serie discrete. Ex prima serie sunt partes stellarum. Ex secunda signorum partes. Ex tertia diuerse ab vtrisq3 necessarie taz in quibusdam geneçie atq3 annalium locis necnõ ⁊ questionibus plurisq3 aliquorumq3 ngociorum inicijs. ¶ Primi generis partes.7.sunt numero singule singularum stellarum quarum ⁊ nominibus appellantur. ¶ Secundi generis partes.80.numerabuntur. Orientis tres prima vite secunda sustentationis tertia sensus ⁊ rationis. ¶ Secundi.iij.prima opum secunda mutandi tertia inuenieniendi. ¶ Tertij.iij.prima fratrum: secunda numeri fratrum: tertia mortis fratrum. ¶ Quarti.8.prima patrum: secunda mortis patrum: tertia auorum: quarta generis: quinta fundi iuxta Hermetez.6. iuxta ceteros persas.7.agriculture.8.finis. ¶ Quinti.5.prima prolis: secũda hore ⁊ numeri natorum: tertia prolis maxime: quarta femine. Quinta discretionis vtrum ne masculus sit an femina. ¶ Sexti.4.prima egritudinis iuxta Hermetẽ: secunda iuxta Belitem: tertia seruorum: quarta captiuorum. ¶ Septimi..16.prima coniugiorum virorum iuxta Hermetem: secũda iuxta Velitem: tertia qua viri feminas aliciunt: quarta euentus maris cum femina. quinta adulterij: sexta desponsationis femine iuxta Hermetez septima iuxta Velitem: octaua qua femine viros aliciunt: nona conuentus femine cum viro: decima adulterij femine: vndecima castitatis: duodecima coniugij vtriusq3 sexus: decimatertia horum desponsationis: decimaquarta pacti ⁊ modi nuptiarum: decimaquinta agnatorum: decimasexta contrauersiarum ⁊ aduersariorum. ¶ Octaui.5.prima mortis: secũda stelle necessitatis: tertia anni timendi: quarta loci periculosi: quinta doloris ⁊ angustie. ¶ Noni.7.prima itineris: secunda nauigij: tertia religionis: quarta ingenij ⁊ prouidentie: quinta scientiarum ⁊ sapientie sexta memorie placitandi ⁊ fabularum: septima rumorum vtrum ne veri sint an falsi. ¶ Decimi 12.prima potestatis nati: secunda patrisq3 discretionis: tertia consiliarium principum ⁊ regum: quarta victorie regis ⁊ facultates: quinta subite exaltationis: sexta nobilitatis: septima sequacium regis ⁊ militie: octaua regis officij nati: nona opis manualis: decima mercature: vndecima operis debiti: duodecima matrũ. ¶ Undecimi.11.prima diuitiarũ: secũda amabilitatis. tertia notitie inter hoies ⁊ precij: quarta deliberationis: quinta deliciarũ: sexta spei: septima amicorum: octaua penurie: nona abundantie: decima ingenuitatis animi: vndecima gratie ac bone existimationis. ¶ Duodecĩ

ni.3.prima inimicorū iuxta hermetem: secunda iuxta alios: tertia laboris et pene. Tertij generis partes .10. sunt numero prima est pars halgiphel. secūda viciosi corporis: tertia strēnuitatis et audacie. quarta feritatis et angustie in pugna: quinta fraudis et doli: sexta loci negocij: septima impedimenti rerum iuxta egyptios: octaua iuxta persas: nona retributiōis: decima veracis effectus. ¶ Fiunt igitur omnes vt prediximus .97. partim stellarū per septem domiciliorū: ptem absolute: ad rerum natiuitatem assumpte.

¶ De partibus stellarum. Caplm. 3.

Deinceps vt proposuimus ordine cūcta psequemur: atque in primis primū genus assumētes oēs generaliter omnis negocij partes inter geminos eiusdem duces firmi. Cum igitur stelle due equaliter in naturali eiusdē rei ducatu conueniunt fueritque altera vt solet interdum vt a fortioris haiçen a fortiori incipiendum erit vt sol et saturnus cum equaliter ad patris ducatum ducunt suntque eiusdem haiçen ambo videlicet diurni: quia sol die fortior est die ab ipso fit inicium. Quod si equaliter in ducatu conueniant fiuntque alter diurnus alter nocturnus die a diurno nocte a nocturno inchoabimus vtpote sol et luna cum equaliter ī fortune ducatu conueniant die tamen a sole nocte a luna summitur recte initium vt ille diurna ille nocturna fortuna est. Cum vero die nocturne alteri altero fortioris fuerit ducatus ab ipso inchoabit. Quotiēs vero ducatus signi est eiusque domini sepius a domino fit initium: ¶ Est enim omnis signi ducatus eius domini non vero conuertitur quod tamen si fortius ad rem duxerit interdum et ab ipso sit initium: deinde in cōmunionem assumitur oriens: aut alia vel circuli vel stellarū loca. Sic enim collectio inter primos duces numero adijciuntur gradus vel stelle aut loci cuiuslibet in signo fitque totius initium a principio signi vndique per gradus equales. Accidit interdum vt dū stella ad domicilium assumetur alterius sit eiusdem rei domicilium alterum computo: verbi gratia. Oriente cancro in quarto climate: leo quiem numero semper opum domicilium est. Cancri vero computo nōnunque quod cum accidit pro eo negocio sumetur: a luna vsque ad sequentem in cancro quo oriens illic simul et secundo domina est non tamen vsque ad solem dominum leonis. ¶ Prima est pars lune inter solem et lunam sumenda recte quidem cum sol cūctis celestibus clarior diurnum lumen generali mundi fortuna vniuersali vite atque domine rerum magnitudini et splendori atque summis dignitatibus gradibus presit: luna vero lumen nocturnum proxima est post solē claritate et fortuna corporibus eorumque alimentis atque incrementis generalique rerum nature ac necessitati ducatum prebens. Que cum ita sint conueniente equidē die a sole ad lunam: nocte a luna ad solem sumitur collectoque numero graduum orientiū totumque a principio orientis inceptum ac per gradus equales deductum partis locū signi: vt si quando ambo lunam in eodem puncto reperiuntur pars etiam in ipso orientis puncto consistat que quoniā lune est cuius quottidiana necessitas et vsus eadē et pars fortune appellatur. Se-

quitur aut secundaria vice omnino luminum virtutem ac proprietatem ad animam ⁊ corpus multa virtutem:formam:fortunam:dignitates:opes:sapientiã:intellectuz:cogitationes negocia:opera:rerumq₃ initia ducens. Obtinuit ergo pro tanta virtutis elegãtia vt ⁊ pars lune sit ⁊ oriens lune nec sine causa. Quotiens enim trãsacto hore diei per partes hore ipsius diei multiplicabũtur. Totaq₃ summa a loco lune deducatur aut in ipsum partis fortune locum aut certe in proximuz necesse est peruenire recta solis imitatione a cuius loco ea summa per locum climatis deducta ad orientis graduz peruenit. Igitur vt luna prima ⁊ vniuersaliter in omni negocio consulitur ita pars eius pre ceteris omnibus omni negocio accipitur. ¶ Pars solis inter solem ⁊ lunam sumitur. Cum enim nulla stellarum inequalitas quantum in ipis est appareat solumq₃ lune huiusmodi altero manifeste pateat ad hoc nec vlla aliarum in rerum effectu ⁊ generationibus pars lunaris virtuti potentie merito pars solis tanq̃ vniuersalis rerum patris die a cõiuge luna ad solem:nocte a sole ad lunam summi debuit summeq₃ orientis gradibus additis a principio orientis deductus numerus locum signi: hec est itaq₃ pars q̃ꝙ solis est cuius animi felicitas ⁊ amalgrab vocãt partem celati ꝙ est intrinseci bonum. Imitatur autem partem fortune per omnia magis tantum intrinsecus spectans quemadmodum ⁊ illa plus extrinsecam amplectitur. Erat enim conueniens: vt queãdmodum pars lune corporis accidentia designaret sic pars solis anime proprietates moderaretur vtraq₃ in ore parẽtum vtrũq₃ cõmunicans ea se ratione habentes: vt die quidem pars fortune ducatus virtute precedat nocte boni ad animam ⁊ corpus ad compaginem vtriusq₃ ad nature secreta rerum altitudinem vimq₃ absconditam: longeq₃ remotam cum summa diuinitatis speculatione ac legum obseruatiõe. Cum ad honores ⁊ gloriam atq₃ aurarum temperiem ducens has nõnulli cõmutant:ita vt eam que lune est soli attribuant que solis lune: sed ratio que exposita est obtinuit. ¶ Pars saturni pars more sumitur die a gradu saturni ad gradum partis lune: nocte econuerso adiectisq₃ orientis gradibꝰ a principio incipit ducit igitur mutationem saturni ad alteram rerum prouidentiam ⁊ memoriam ad segnitiam ⁊ desidiam ⁊ tenacitatem ad perditam decessa degradata laborem:inopiam:agriculturã:edificia: nauigia:maleficia:carceres:catenas:metum:senectam:motumq₃ mortis. ¶ Pars iouis pars mortalitatis sumitur die a parte solis ad locum iouis nocte conuerso adiectisq₃ orientis gradibus a principio inchoat ducit itaq₃ more iouis ad morum compositionem gratiam ⁊ honestatem:iustitiam:leges: honorem: dignitates:prudentiã:temperantiam:societatez:amicitiam:liberalitatem rerũq₃ finem. ¶ Pars martis pars strẽnuitatis sumitur die a marte ad partem lune nocte conuerso assumptisq₃ orientis gradibus a principio instituit ducit ergo lege. Martis ad animositatẽ:maliciam: acumen:securitatez: violentiam:iniquitatem:flagitia:crudelitatem: controuersias:pugnam: cedem: oẽq₃ genus mortis. acerbe. ¶ Pars veneris pars amoris sumitur die aper

te fortune ad partem celate de nocte conuerso adiectisq; orientis gradibus a principio incipit ducit etiaz more veneris ad voluptates: delicias: iocos: cantilenas: amicitiam: gratiam aptitudinem: ad omnem iocu͂ suaue dulce: omneq; venerij officij genus. ¶ Pars mercurij pars ingenij et memorie sumitur die aperte boni ad partem fortune nocte conuerso adiectisq; orie͂tis gradibus a principio incipit ducitq; more mercurij ad solertiam: intellectum: eloquentiam: de inceptiones mercaturam varia ingenia: omneq; studium et artificium ad hunc moduz. Partes stellarum hermes inueniendas tradidit quarum hi sunt generales ducatus singulares na͂q; prout incidunt iudiciorum tractatibus reliquimus hic vniuersaliter de omnibus adijcie͂tes: vt sint stellarum ducatus pro locis ac diuersis actionibus omni tempore variantur sic et partium ducatus locorumq; mutationes in ducatus discretionem magnopere seruari conuenit.

De partibus signorum. Capitulum quartum.

Sequitur vt deinceps ptes ordinemus: dicemus igitur sumendi singulas diuersorumq; dissonantiam in sumendo tum quid rectius sit postremo generales signo℞ ducatus premissis tum paucis que antea necessaria sunt. Sunt enim no͂nulli qui cum plures domicilij vnius partes inueniunt imperitie necessitate quadam insumendum discordent. Quapropter id ex animandi causa exponendum erat. Cu͂ ergo plures in hoc artificio minus perspicaces inuenia͂tur nos hermetem et persas plurimum sequamur que singulas ex huius ducibus in eodem naturaliter ducatu consentientibus sumunt qui cu͂ singula domicilia diuersis rebus varijsq; modis alios atq; alios ducatus prebere vident nulla͂ vnaz partem tante rerum diuersitati designande sufficere posse intellexeru͂t. Quapropter et singulis prout opus erat plures adinueneru͂t partes diuersa domiciliorum parcientes officia. Que cum generaliter qdem in ipsius domicilium designatione co͂municent: habent tamen speciales suas et proprietates: verbi gratia. Mors quidem genus: species vero naturalis acerba in natura expectata repentina hisq; similia: vnde mortis domicilio quandoque erant necessaria genere quidem co͂municantes: specierum vero distantia distantes: nec tamen singulis omniu͂ domiciliorum officijs sue cuiq; tribuuntur partes vt quantum cum specialis sit numerum: et iniciorum nulla tame͂ seorsum mr͂m pars nulla iniciorum tradita reperitur seu q; hic huiusmodi inter ea determinarunt coma vellent seu q; speciali certitudine non inuenta generali officio relinquere mallent. Cu͂ igitur has partes indagemus: singulariter quidem dare rationem longum esset; verum partim data partim studiosi ingenij relinquimus.

ORientis partium prima pars vite sumitur inter ♃ ⁊ ♄: ♄ enim ⁊ ♃ supremi stellarũ ac gra-
uissimi vt rerum statum firmant ⁊ producunt: humane qui
dem vite spacio magis accõmodi reperiunt: assump to oriẽ
te participe ꝙ vite preest: die quidem a ♃ ad ♄ nocte cõuer
so. Ducit igitur ad vitam corporisqꝫ statum ⁊ anime: ac sal-
ua quidem ad vite impendium corporis salutem anime gaudia spectat: cor
rupta contra. ¶ Secunda pars sustentationis atqꝫ firmamenti: quomodo
omne firmamentum ac stabilitas meliori fortioriqꝫ fortuna perficitur: nulla
vero pars ☉ ⁊ ☽ fortuna eque in anima corporisqꝫ natura potens quorũ
amica atqꝫ firma cõpages vite firmamentum est stabilitas: die quidẽ a par
te ☽ ad partem ☉ nocte conuerso sumpta ab oriente incipit ♀ parti cogna
ta. Ducit autem ad nati formam ⁊ similitudinem partusqꝫ modum: salua q
dem forme decorem corporis integritatem ⁊ valitudinem statuꝫ decentem
habitudinem gratiosaꝫ: ceteraqꝫ id genus comoda pficit itineribus quoqꝫ
salubris ⁊ vtilis: corrupta contra: que si duci paterna acliuis reperitur for
mam nati ad patris eiusue generis similitudinẽ effingit: si materne ad ma-
tris eiusue cognationis exemplar. Quotiens itaqꝫ discernendum fuerit fir-
mumue maneat quodlibet an mutabile accepto primum oriẽte aut nati aut
anni siue questionis eam partẽ amplectemur: que si fuerit in respectu domi-
ni sui aut cum orientis domino aliorumue cardinũ pariter ⁊ accedens reꝫ
imperpetuum firmat remota contra. Sin autem vt accedens pariter infortu
nata: firmat quidem sed detrimento ⁊ noxe: si fortunata fortune ⁊ gaudio.
Sin autem vt remota simul ⁊ fortunata: mutabile quidem sed deinde for-
tunam consecutam infortunium si infortunata. ¶ Tertia sensus ⁊ rationis
quoniam ☿ sunt ingenium memoria discretio eloquentia sapientia. ♂ vero
acumen vigilantia leuitas: die quidem a ♀ ad ♂: nocte econuerso sumpta
ab oriente incipit. Ducit igitur vterqꝫ mutatione ad sensum discretionẽ elo-
quentiam ⁊ sapientiam siqꝫ vel ipsa vel dominus eius cum orientis domi
no fuerit pariter cum aliquo loci testimonio. ☿ forti respecta copiose ratio-
nis sumiqꝫ ingenij promissum est: si ♂ multi acuminis ⁊ perspicacitatis.

SEcundi partium prima opum ex opum ducibus sumi
tur: die noctuqꝫ a dño scdi ad gra. secundi inci-
pitqꝫ ab oriente. Ducit autẽ ad questus necessaria ⁊ victualia:
salua quidem fructuosa: corrupta cõtra. Non enim vsqꝫ ad di
uitiarum copias aspirat que primo ꝓ ducum sunt. ¶ Secũda
pars cambiendi die noctuqꝫ a ♄ ad ☿ sumpta ab oriente incipit: hec itaqꝫ
si ⁊ ipsa ⁊ dñs eius ad opum ducatum accesserint simul corrupti plurima
cambiendo disperdunt: salui contra. ¶ Tertia inueniẽdi die a ☿ ad ♀: no
cte conuerso sumpta ab oriente inchoat: ducit ad casuales inuentiones eo-
rum que decidunt siue obmiscuntur qui quam in via aliquoue id genus
suum loco. Si ergo potens fuerit simul cum solem vel lunam aut in eorum

amico respectu pariter in cardine querenti rem casu vel obliuione perditaȝ inueniendam tribuit. Nam id quoqȝ hoc modo statuta multarum inuẽtio num promissum.

Ertii partium pars prima fratrum: quoniã ♄ ꝛ ♃ primi stellarum: ꝛ continui atqȝ ♄ virtus retentiua. ♃ generatiua que duo primordia sunt omnis geniture. In omni vero generatione primi ꝛ cõtinui sunt fratres. Hermeti quidem eiusqȝ sequacibus die nocteqȝ a ♄ ad ♃ sumenda visa: sicqȝ ab oriente incipere: aliis nãqȝ potius a ☿ ad ♃ sed hermetis sententia grauior. Recte quidem cum eorꝫ vsqȝ adeo concepta sit fraterna societas: vt apud veteres licet interdum ♃ ♄ filius: nõnunq̃ tamen ꝛ fratres memorentur ambo celi parte geniti. Ducum igitur cuȝ domicilii sui domino ad status fraterni societates ꝛ amicitias negocia ꝛ amicitia que sunt dño suo signa multe prolis occuparit: multos ꝓmittit fratres: pauce pauca. Sic itaqȝ fratrum numero deprehendendo sumetur quantũ interest a parte vsqȝ ad domicilii dñm vel ꝯuerso per singula signa singulos numerando bipartito si interfuerit duplicato: quotqȝ interfluunt stelle per singula singulis anumeratis ¶ Secunda numerꝫ fratrum die noctuqȝ a ☿ ad ♄ ab oriente incipit hec itaqȝ cum premissa dñis suis inter signa multe pauceue prolis fratrum numerum discernunt. Numerus aũt per signa ꝛ stellas vel vsqȝ ad annos stellarum applicans: minores vel medios vel etiã maiores quibus etiam respicientes iuxta annorum suorum numeros adiiciunt. ¶ Tertia mortis fratrũ ꝛ sororũ die a ☉ ad gradũ .10. nocte conuerso sumpta ab oriente. Hec igitur vt mortem fratrum innuit: cum vel signorꝫ circuitum vel per gradum dictum quorum prima a dv vara ẜm fecit vocant vsqȝ fratris ducẽ vel sororis peruenit vel cõuerso hoc ad illum periculosum est.

Uarti partium prima pars partis: qm̃ ♄ antiquitas: ac masculina natura vnde patris ducacũ sortit: similiter qm̃ omnis nati vite cã pater est. ☉ autẽ vniuersalis animantiũ vite auctor: vnde ipse in patris ducatũ concessit. Die a ☉ ad ♄ nocte cõuerso sumpta ab oriente incipit. Et si ♄ sub radiis extiterit vice eius succedit ♃. Sunt qui cuȝ id accidit eam inter ♂ ꝛ ♃ colligũt: sed hermetis auctoritas grauior: quoniam nec ☉ id ducatũ prohibet ꝛ ♃ patris grauitati ♂ cognatior. Hec itaqȝ cum hospicii sui dño ad patris statũ fortunam ꝛ comoda spectat. Nã cum dño suo salua ac ꝓspera patris honorem ꝛ fortunas accumulãt in cõtra sicqȝ fortunati vitã producunt correpti decurtant. Hec etiã cum dño suo ipsi nato quoqȝ regni ꝛ potẽtie dux est. ¶ Secũda die mortis a ♄ ad ♃ nocte ꝯuerso sumpta ab oriente incipit: ducit ad causas ꝛ occasiões mortis patrũ Timenda qdem quotiens vel ipsam vel dñm eius anni patris cõsequẽtur aut eius ducem alteruter. ¶ Tertia auorꝫ die a dño ☉ ad ♄ nocte cõuerso

ab oriente inchoat. Qꝫ si ☉ interim ♌ graditur sumitur a primo ♌ ad ♄: si alterutrum ♄ domiciliorum a ☉ ad ♄ nec interest vtrūlibet. ♄ interim sub radijs fuerit aut extra. Hec ergo cum domino suo quotiens infortunia cōsequitur auorum noxam minatur cū fortunatis salubris ⁊ vtilis. ¶ Quarta pars genealogie sumitur die a ♄ ad ♂ nocte e conuerso: adiectisqꝫ ☿ de signo suo gradibus a principio inchoat. Hec itaqꝫ si cardinem tenet domino suo respecta aut ☉ saltim medijue celi domino ceterumue cardinum dominis amica figura natum celsa nobilitate clarisqꝫ natalibus p̄dicat: quantūqꝫ infra substiterit tantū degeneret. ¶ Quinta hereditatum hermetis die noctuqꝫ a ♄ ad ☽ sumpta ab oriente incipit. Hec cum domino suo salua ⁊ prospera amplitudine agri frugumqꝫ abundantiam promittit: aduersa contra. ¶ Sexta hereditatum persarum die a ☿ ad ♃ nocte conuerso ab oriente inchoans eiusdem iudicij. ¶ Septima agriculture die noctuqꝫ a ♀ ad ♄ sumpta ab oriente inchoat. prospera itaqꝫ ⁊ ipsa ⁊ dn̄is eius sementi atque insitionibus fructus multiplicat aduersa contra. ¶ Octaua pars finis rerū sumitur die noctuqꝫ a ♄ ad dominum coniunctionis vel oppositionis initiumqꝫ ab oriente sumit que si cum domino suo in signo directi ortus incidit vitam actusqꝫ nati ad beatū finem producit aduersi atqꝫ in signis obliquis cōtra. Si autem variātur vt hoc in hoc signorum genere ille in illo ad eundem ducatum ⁊ modū variant: vt tn̄ locus partis postremū obtineat.

QUinti partiū prima ps prolis sumit͛ vt Hermeti placet die a ♃ ad ♄ nocte ꝯuerso: sicqꝫ ab oriente deducta: quā hechil qdē die noctuqꝫ a ♃ ad ♄ sumit. Obtinuit hermes qꝫ die parti vite: nocte pti fratrū cognata aptior sit. Hec itaqꝫ distinctim vtrū ne habiturus prolem sit quispiaꝫ sterilis futurus. Si enim pariter cuꝫ domino suo in signa fecunda inciderit prolē promittit: in sterilibus negat. Sic ⁊ numerum filiorū disterminat inter signa multe pauceue prolis hac discretione habita salua qdem datam prolem saluat: corrupta negat: ducit etiam ad statū prolis q̄qꝫ apud parentes obtinet gratiam. Sumpto deinde quantum interest a parte vsqꝫ ad eius dn̄m aut conuerso qꝫ intefuerunt signa tot partus narrabimus bipartitis tn̄ duplicatis singulisqꝫ per singulas stellas si que interfuerūt annumeratis. ¶ Secunda pars hore nati numerumqꝫ natorum: vt sexus discretionis: quoniā ♃ humor temperatus. ♂ vero calor voluptarius: omnisqꝫ generationis causa voluptas calorē humori temperans: die noctuqꝫ a ♂ ad ♃ sumpta ab oriente deducitur. Nec itaqꝫ post premissa discretionem numerum natorum metitur. Quotiens enim deinde ♃ liber ⁊ fortis hanc partem vel corpore vel radijs consequitur: partem restaurat que si in signum masculinum inciderit plures masculos edit: in femineo plures feminas. Si ergo ad fecundam prolem ducit: ⁊ ipsam ⁊ dn̄m eius consulemus: proqꝫ loci comoditate narrabimus: deinde partis annos minores vel medios vel etiam minores pariter ⁊ cum respicientium additamētis. ¶ Ter-

tia pars prolis mascule que quoniam ☽ infantia ♃ proles mascula sumitur: die noctuque ad ☽ ad ♃: incipitque ab oriente: hanc heckil a ☽ ad ♄ sumit. Obtinuit hermes prout ♃ geniture que ♄ promptius est que cum domino suo prospera nato honores et divitias parat adversa contra. ¶ Quarta pars prolis feminee die noctuque a ☽ ad ♀ cum proles femina ab oriente inchoans: hanc herchil nocte convertit: obtinuit hermes prout utraque nocturna ☽ que die noctuque in ducatu fortior: que prospera natura adornans honesta connubia ditat: adversa contra: he due partes pro habitudine sua in fratrem et sororem ut alteri preferatur discernunt. ¶ Quinta pars sexum discernit aut nati aut nascituri aut cuiuslibet quesiti. Sumpta namque die a domino ☽ ad ☽ nocte e converso in signo masculino masculum: in femineo feminam iudicat.

Sexti partium prima incommoditatis corpore atque passionum: hermetis: quoniam omnis dolor superabundantium qualitatum est merito ab infortuniis inquiritur die a ♄ ad ♂: nocte converso ab oriente incipiens. Corrupta ergo et dominus eius multe passionis graviumque morborum causa est: salua salutis. ¶ Secunda pars egritudinis aliorum die noctuque a ☿ ad ♂ ad eadem: omnia ducens preter cronicas. ¶ Tertia pars servorum: quoniam omnis cursus ac servitia et subiectiones infirmarum stellarum sunt hermeti placet: ut die noctuque a ☿ ad ☽ sumatur sicque ab oriente incipiat: ita ut cum domino suo prospera servitiis copiosus questus consequendos promittit: adverso laborem inutilem et penam parte prospera domino adversus questus quidem: sed deinde penam: converso contra: hoc in signo multe prolis multam subiectionem et servitutem intendit in sterili raram hanc herchil nocte convertit et zedamfroch die a ☿: ad partem fortune nocte converso: legem hermes obtinuit. ¶ Quarta captivitatis die a domino ☉ ad ☉ nocte a domino ☽ ad lunam sumpta ab oriente inchoat: hec libera fortunatis iuncta: familiariter consistens captivitatem omnemque huiusmodi angustiam vitat: corrupta penis et cruciatibus involuit.

Septimi partium prima desponsationis viri: quoniam ♄ primatia ac natura mascula: ♀ feminea. Masculus vero prior femina. Hermes die nocte que a ♄ ad ♀ sumens ab oriente deducens. Hec itaque cum domino suo viri coniugia tractat. Salua quidem honestis et egregiis thalamis ditans: corrupta contra: quoniam ♃ fortis aut radios consequitur desponsationem constituit. ¶ Secunda vvelitis die noctuque a ☉ ad ♀ sumpta ab oriente incipit. Harum duarum prima pars qua viri feminas alliciunt. ¶ Tertia pars coitus viri similis. ¶ Huic similis est quarta pars adulterii atque fornicationis viri. Omnium igitur simplex hec via.

Libere siquidē ꝛ prospere suis queq₃ officijs vtiles ac salubres: aduerse cō-tra quinta ꝛ sexta que in cōnubio femine sumitur. Hermes primam que vi-ri cōnubio data est conuertens recte eiusdem etiam iudicia in huius sexum transfert. ❡ Septima eiusdē rei vvelitis die noctuq₃ a ☽ ad ♂ sumens ab oriente instituit quam ceteri per se nocte ꝯuertunt. ❡ Octaua ꝛ nona vve-lis harum duarum prima pars qua femine viros alliciunt. Secunda pars coitus femine similis eiusdem. ❡ Decima est pars adulterij atq₃ fornicatio-nis feminę: similiter ꝛ harum omniū simplex consilium. Nam salue quidez suis queq₃ officijs comode: aduerse contra. ❡ Undecima pars castitatis fe-mine die noctuq₃ a ☽ ad ♀ sumpta ab oriente inchoat que signo firmo re-peritur domino suo respecta: aut saltim fortunatis castam ac modestam pa-rit bipartito fortunata respecta ♀ quidem indulges incestam inde cohibet. In tropico fortunatis visa effreni ardore damnat: nisi quantū fortunate ca-stigant. Nam si pariter infortunijs eiusdem alienis incōtinentem edit ac for-san inuerecundam stortum. ❡ Duodecima pars cōiugij vtriusq₃ sexus su-mitur die noctuq₃ a ♀ ad gradum cardinis occidentis: incipitq₃ ab oriente que si infortunijs iuncta reperitur ꝛ respecta infausti federis omnium cuius dn̄o aduerse locato si pariter ♀ ♄ corrupta: aut sub radijs nunq̄ iungunt. ❡ Tertiadecima pars hore coniungendi die noctuq₃ a ☉ ad ☽ sumpta ab oriente inchoat: quā cum ♃ fortis corpore aut sub radijs consequitur cōiu-gij dies instituitur eis dico quibus natale fundamentum cōsistit. ❡ Quar-tadecima pars ingenij atq₃ studij componendi cōiugium: die noctuq₃ a ☉ ad ☽ sumpta a ♀ deducit que prospera id studium ad optatum finem per-ducit: aduersa contra. ❡ Quintadecima pars natorum die noctuq₃ a ♄ ad ♀ sumpta ab oriente incipit que cum dn̄o suo fortunata honestis clarisq₃ natis adornat: infelix cōtra. ❡ Sextadecima pars controuersie die a ♂ ad ♃ nocte conuerso sumpta ab oriente incipit. Que si in oriente aut cū domi-no eius reperitur: aut in aliquo cardine natum litigiosum portendum: sicq₃ pariter corrupta litigijs damna ꝛ supplicia minatur. Si vero cum domino in oriente oratorio officio dignitates consecuturum.

Ctaui partium primam partem mortis: quoniā ☽ cor-porum cōditionem ducit: octaua mortem: ♄ ve-ro interitus: dolor angustia ꝛ luctus Hermes ex his tribus eliciens die noctuq₃ a ☽ ad gradū octaui sumptā adiectisq₃ ♄ gradibus a principijs eius signi instituit. Hecitaq₃ si ꝛ ip-sa ꝛ dn̄s eius corrupti sunt beniuolarū respectu mortez acer-bam minant: liberi v̄o mitez: hāc alij inter ♂ ꝛ ♄ legūt Hermes obtinuit. ❡ Scd̄a pars stelle necātis: qm̄ oriētis dn̄s animā ducit: ☽ corpus quo cō-pages vita est solutio interitus. die a dn̄o orientis ad ☽ nocte ꝯuerso ab ori-ente inchoat: huius dn̄m si ☽ sola respiciens signum sectorum mēbrorū oc-

cupat pariter corrupta necat: libera de memoriis truncat. ¶ Tertia pars anni metuendi die noctuq; a ♄ ad dominum coniunctionis aut oppositiōis sumpta ab oriente inchoat. Hec itaq; atq; dominus eius cum domino orientis corrupti natos frequentes morbos corporis lesiones opum damna minantur quā cum annus nati consequitur aut illa ad oriens eiusve dominum vel signorum circuitum vel per gradum ductum peruenit minarum effectum instaurat. ¶ Quarta pars loci metuendi die a ♄ ad ♂ nocte conuerso sumpta a ☿ signo incipit. Hec cū orientis domino infelix in eo signo ducatus sui officium tractat. Itaq; cum vel annus nati ab oriente ad eam partem applicat: aut conuerso pars ad oriens eiusve dominū vtrolibet applicationis genere peruenit crebris difficultatibus: hominē grauibusq; impedimentis inuoluit: huc si infortuna accedunt decrementi passionē: atq; supplicij mina ei presertim loco cum eius signi ducatus preest ¶ Quinta pars angustie die a ♄ ad ☿ nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat. Hec cum dño suo infelix: quotiens anno nati deprehenditur aut ipsa illum grauiter aduersat: nisi fortunate intercedant que si fortes fuerint deinde liberant. Hec si in natali cum oriētis domino reperitur omnem vitam infaustam deducit.

Noni partium prima pars itineris die noctuq; a domino noni ad gradum noni sumpta ab oriente inchoās nati itinera metitur itinerumq; negocia. ¶ Secūda pars negocij die a ♄ ad .15. gradum ♋: nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat. Hec cum insignis aqueis nauigijs fecūdos parat questus: corrupta metu et periculis damnat in eo gradu cum ♄ reperitur ipse est orientis gradu vicem suscipit. ¶ Tertia pars religionis die a ☽ ad ☿ nocte conuerso sumpta ab oriente incipit. Hec cū domino suo orientis domino iuncta dumtaxat libero vitam nati religionem et honestatem ornat: corrupta contra. ¶ Quarta pars prouidētie die a ♄ ad ☽ nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat. Ducit autem assensum memoriam discretionem prouidentiam proprie ♄ orientali super terram sua recepta aut ☽ potenti amice respecta ¶ Quinta pars scientiarum: quoniam ♄ firmamentum et memoria ♃ prudentia et intellectus. Mercurij ingenium scripture et eloquentie recte ex his tribus sumitur die a saturno ad iouē nocte cōuerso: atq; a mercurij signo deducta ad alteram sapiētiam artificia variasq; scientias ducit magisque salua ducibus: his fortibus amice recepta. ¶ Sexta fame et hystoriarum die a sole ad iouem nocte conuersa sumpta ab. o. inchoat que in cardine mercurio aut veneri aut oriētis domino respecta: hystoriarum atq; rumorum capacitatē acuit memoriam firmat pronūciationem expedit. ¶ Septima rumorum inter verum et falsum discretionis die noctuque a mercurio ad lunam ab. o. inchoans que cum in cardine aut signo firmo seu directi ortus reperitur verum indicat minus aliter.

Ecimi partiū prima principatus ꝛ potētias nati quoniā sol lumen diurnū nati vite honori atq̄ potentie preest: luna vero nocturnum: secunda virtute solem sequens. Ex his atq̄ principatibus eorum sumitur die quidem a sole ad principatum nocte a luna ad eius principatū sicq̄ ad orientem deducitur: hec ergo si in summo aut cū stellis fortibus familiariter consistentibus reperitur nato principatū graueq̄ potentiam promittit. Qꝫ si die sol nocte luna principatus sui gradum occupauerit cum gradu oriente ducatum obtineret simul itaq̄ si familiariter cōstiterint suiq̄ officij participes honoris ꝛ potentie promissum. ¶ Secunda regis die a marte ad lunam nocte conuerso sumpta ab .o. inchoat hec cū domino salus orientis atq̄ decimi domini permixta aut regem magnum parat aut virum reginee auctoritatis ꝛ reuerentie. ¶ Tertia consilium regis atq̄ primatum curie: quoniam mercurius in dando ꝛ accipiēdo scripturis eloquentie ꝛ consilijs preest. Martis autē vis mine iniurie terror atq̄ tormenta die a mercurio ad martem nocte conuerso sumpta ab .o. inchoat prospera igitur ꝛ dominus eius ꝛ ipsa cum orientis domino nato eiusmodi officia atq̄ dignitates offerunt. ¶ Quarta regis ꝛ facultatū atq̄ victorie ei⁹ die a sole ad saturnum nocte conuerso sumpta ab .o. inchoat. Qꝫ scilicet sub radijs fit iupiter vicē suscipit hec quoq̄ nato regi honor ꝛ dux est magisq̄ duci domino permixta atq̄ orientis in eius signo si pariter oriētis domino testimonium fuerit cuncta optata demū consequenda promittit. ¶ Quinta subite exaltationis die a saturno ad partem fortune nocte conuerso ab .o. inchoat que si tā orienti q̄ fortunatis accōmoda existerit natum subito eleuat. ¶ Sexta auctoritatis magniq̄ nominis die noctuq̄ a mercurio ad solem ab .o. inchoans his graui auctoritate ꝛ amplitudine natum predicat. Qꝫ si cum stella .10. participe reperitur diuitias amplamq̄ potentiam machinat. ¶ Septima curie regis ꝛ militie die a marte ad saturnum nocte ꝯuerso sumpta ab .o. incipit si cum domino suo orientis domino miscetur natum curie regis inserit. ¶ Octaua regis atq̄ operis nati quoniam saturni labor lune officia die noctuq̄ a saturno ad lunam sumpta ab .o. incipit que ꝓspera cū domino suo regnum ꝛ potentiā parat sicq̄ pariter in geminis aut virgine egregia opera celsaq̄ artificia. ¶ Nona mercature aut manualis operis die a mercurio ad venerem nocte conuerso ab .o. inchoat ducit igitur cum domino suo ad artificium officia pulchrior natiq̄ operis vt sunt artificia ꝛ id genus cum lanifica pretiosa vestiumq̄ ꝛ ornamentorum apparatus his similia. Tum etiam gemmarum ꝛ specierum diuersorumq̄ genera mercatura. Qꝫ cum domino suo orientis dn̄o permixta subtili manuū aptitudini questus ꝛ honores promittit. ¶ Decima mercature iuxta alios persas aperte solis ad partem lune nocte conuerso ab .o. inchoat hec cū premissa in respectu mercurij cum receptione natum mercature officio additum sicq̄ pariter prospere mercaturis copiosos questus aduerse cōtra. ¶ Undecimi ineuitabilis operis die a sole ad Iouē nocte ab .o. inchoat que orientis domino per

mixta nato necessitati operando imponit atq3 in patientem ocii animi. Sic igitur prospera questus aduersa damna parat.

Vndecimi partium. ¶ Prima pars iudiciarum potestatis et quoniam partes luminum originis sue ratioi ceteris omnibus virtute preeminent recte die a parte fortune ad partez boni nocte conuerso sumpta ab.o. inchoat: hec cum fortunatis in loco suo recepta magisq3 in 10. aut. 11. infortuniis auersis nato perpetue fortune diuiciarum et honoris fundamentuz. ¶ Secunda gratie atq3 honoris recte vt prima atq3 ex eisdem luminum partibus sumpta si cum fortunatis aut in earũ domiciliis seu principatu siue trigeno reperitur natum amabilem et dilectuz multa replet gratum infortuniis vero eisdem ex partibus odiosuz. ¶ Tercia reuerentie et auctoritatis die aperte fortune ad solem nocte conuerso sumpta ab.o. inchoat que si soli atq3 ioui recepta aut ceteris fortunatis pariter et domino orientis amice respicientius natum summa reuerentia et auctoritate tam coram principibus q̃ pro populo predicit de quibus quantuz defuerit tantum infra subsistet. ¶ Quarta deliberationis die a parte fortune ad iouem nocte conuerso sumpta ab.o. inchoat que cum orientis domino aut in eius respectu salua natum rationabili deliberatione in rerum dispositione ad summam auctoritatem et honorem effert potiusq3 fortunatis respecta: infortuniis vero sine orientis domino contra. ¶ Quinta voluptatum et delitiarum die a parte fortune ad partem futurorum nec cõuerso ab oriente incipit quam si locus saluus tenet consecuturum desideria et separaturum sed aduersos subcubiturum tradit. ¶ Sexta spei die a saturno ad venerem nocte cõuerso sumpta ab oriente inchoat hec cum domino suo felix in loco suo prospero omnem spem producit aduersa contra. ¶ Septima amicitie quoniam omne frequens officiũ presertim lune et mercurii q3 inter amicos plurimum variatur die noctuq3 a luna ad mercuriuz sumpta ab.o. inchoat hec cum domino suo et re et loco salua pariter in signis tropicis q̃ plurimos sociat amicos. Sicq3 pariter et ipsa et dominus eius felices his amicitiis non solum honestatem verum amplissimas etiam vtilitates pollicetur sicq3 deinde simul et recepti eas amicitias et societates internis perpetuis beniuolentie vinculis. ¶ Octaua necessitatis die noctuq3 a parte celati ad mercuriuz ab.o. inchoans ducit ad mutuam amicorum ac sociorum beniuolentiam ac charitatem huius atq3 orientis domini alter in alterius exitio aut casu siue in signis inimicis nato grauem penuriam ac difficilem egestatem minuat. ¶ Nona habitudinis die noctuq3 a luna ad mercuriuz ab.o inchoans hec cum domino suo partim fortune orientisq3 domino permixta natum opuz abundantia ac deliciarum affluentia beat. ¶ Decima ingenuitas animi et libertatis die a mercurio ad solem nocte conuerso ab.o. inchoans que si fortunatis iuncta aut respecta maximeq3 ioui aut soli amice ligata reperitur et ipsa et dominus eius insignis ingenuis egregium natuz ingenio nobili ani

mo celsa amplaqꝫ ingenuitate ꝑdita: infortunijs impedita cōtra. ¶ Undecima gratie ⁊ familiaritatis die a ioue ad venerem nocte conuerso ab.o.inchoans hec cum domino suo fortunatis maximeqꝫ ioui cuncta vel respecta natū amabilem ⁊ in omni officio gratiosuꝫ reddit: infortunijs retenta ꝯtra.

Uodecimi partium. Prima pars inimicorum iuxta quosdam die noctuqꝫ a saturno ad martem sumpta ab.o.inchoat. Secunda pars inimicorum ſm Hermetem die noctuqꝫ a domino domus inimicorum in gradum domus inimicorum ab oriente inchoans he due in tetragono aut oppositione dominorum suorum aut domini orietis nato plurimos irritant inimicos. Tertia laboris ⁊ pene die noctuqꝫ a parte celati ad partem fortune natum grauibus ⁊ inutilibus damnat laboribus.

Unc ea que extra stellarum atqꝫ domiciliorum ordinem seorsum necessitate quadam adhibite tractantur exequi ordo postulat. E quibus prima pars balhileg cuius inuentioni primum discriminari conuenit vtrum coniunctionem an oppositionem natus consequatur. Quo facto vtralibet precesserit ab eius gradu atqꝫ puncto vsqꝫ ad gradum ⁊ punctum lune sumpta adiectis orientis gradibus a principio inchoabit hec igitur ⁊ ipsa balhaileg per gradum ductum ⁊ per signorum circuitum producetur. Sicqꝫ vt ad vtramlibet stellaruꝫ applicant ex natura ⁊ effectu afficitur aput infortunia quideꝫ difficultatibus atqꝫ īcommodis vnde nōnullis ex eis que artificio operam dabant cum hac ignorata diuerso ꝑ inuita per diuersos terminos casuum ideo plerūqꝫ constaret: nec tamen ceteris circumspectis singulorum causam reprehenderent: hanc tandem aduerterunt sicqꝫ per ordinem perducentes vsitatis ceterarū experimentis huic proximā post balhileg per motus ac spei loca ⁊ tempora auctoritatem intellexerunt. ¶ Secunda corrupti ac morbidi corporis die a parte fortune ad martem nocte conuerso sumpta ab or incipit hec cum orientis domino si albibetu aut in signo humido natum grosse habitudinis ac morbidum edit. Si vero preter orientis dominum cum marte aut mercurio tenere habitudinis: nec minus corrumpitur. ¶ Tertia militie die a saturno ad lunam nocte cōuerso sumpta ab.o.inchoat quod parti regis particqꝫ operis nati ac sensus ⁊ prouidentie conueniens esset hec in exagono martis aut iouis aut infortuniorum domicilijs fortibus recepta natum feritate graui belli causam indicat. ¶ Quarta audacie in die a domino ascendentis in ☽ nocte conuerso ab oriente inchoat: hec si in aspectu ♂ vel ♃ fuerit animositatem audaciāqꝫ tribuet. ¶ Quinta fraudis doli astutie omniumqꝫ id genus mercurialium virtutum que quoniam anime sunt parsqꝫ celati pre ceteris ad animam faciens sumitur die a mercurio ad partem celati nocte cōuerso sicqꝫ ab.o.inchoat hec orientis domino permixta natuꝫ eiusmodi virtutibus instituit. Itaqꝫ

prospera quidem cōmoda, aduersa contra. ¶ Sexta loci negocij quoniam in omni negotio plurimum infortunata metiuntur. Mercurio autē in dominij negotio participatio ex his tribus sumitur die noctuq; a saturno ad martem sicq; a mercurio inchoat. Que si die marte nocte saturno libera reperitur negocij prouentum indicat & effectum contra corrupta. Adhibetur principaliter atq; singulariter eis negocijs quorum genus indiscretum nomenq; ignotum vt fit in tacitis questionibus: nam incertis suis eiusq; ducibus participat. ¶ Septima necessitatis & obstaculi iuxta egyptios die noctuq; a marte ad gradum partis fratrum ab .o. inchoans. ¶ Octaua iuxta persas die noctuq; a parte amoris ad mercuriū he due cū infortunijs proprie cum saturno pariterq; vel ipso vel domino eius orientis domino permixto natū in negotijs suis inuoluerit atq; impediunt grauibusq; passionibus vacuo labore damnosisq; decrementis afficiunt. ¶ Nona remunerationis die a marte ad solē nocte conuerso ab .o. incipiens hec in cardine aut accedenti cum orientis domino natum dapsilem multeq; remunerationis predicat aliter in gratum. ¶ Decima veracis operis die a mercurio ad martem nocte conuerso sumpta ab .o. inchoalis hec accedens & prospera natū in omni actu suo fidelem rectum veracem ipsiq; omnia recte prouentura iudicat accedens autem & aduersa recte prouentura sed damnose. remota vō vel in signo mobili nec etiam explicaturum aliquid omni igitur sua eiusq; officia & ducatus per diuersos tractatus in genečia annalibus questiōibus operum atq; negotiorum institutionibus prout incidunt diuersi auctores exequentur: nec enim vniuersos ducatus omnium vnum aliquid volumen continet. Quapropter & nos generales tantum hic. Nam singulas locorū & constellationū varietas indicat nec intantū vsq; a ratiōe theorice digredi fas erat excepto quantum restat quod vt locus exigit expeditum. Non longe ab hinc tractatus finem concludet. Hic Albumasar vt pluriq; faciunt seu multitudinis causa seu vt minus diligentibus satis faciat omnium partium numerum a primordio reiterans omnium inuentionē ternamq; originem denuo instaurat. Quod ne nimia beniuolentia nimiam pararet prolixitatem. Nos tāꝙ nil faciens transeundum duximus: cum nil quippe alius nec aliter ꝙ dictum est oportet. Nam si minus iudicatur exemplari in singula sua lecto industrie concessuꝝ oppinor. Quapp ad sequentia trāseam⁹.

¶ De conuentu partium.

His itaq; dispositis de conuentu partium exponendū aliquod videtur duobus enim modis accidit plerasq; in eisdem conuenire locis: aut ex eo ꝙ eodē modo atq; ex eisdē principijs summūtur: aut ꝙ licet diuersa habeant principia eiusdem tamen numeri atq; termini in eadem incidunt loca atq; he quidem locis cōmunicent proprios tamen non relinquunt ducatus. Verbi grā: pars veneris parsq; vite

in idem punctum incidunt:huic si venus testatur in parte vite ad membrorum perfectionem corporis salutē ⁊ fortunā in propriaue parte ad amorē delicias ⁊ voluptatem spectat atq; in hunc modum.

De ducibus partium.

Nunc duces partiū generales sequemur. Nā spēales pro quarumcūq; dignitatū quib9 incidunt officio in eis libris quibus artificium instituitur altius indagamur. Primum itaq; signo partis circuliq; loco notato consequenter ꝓspiciendū est singulariue ducatu fruat̄ an plurali habere nāq; potest duces post vnū duos vel tres nō plures vnū qdem vt pars itineris cū domicilio itineris incidit ipsum tamen eius signi dñm sicq; per cetera duos cum alibi alterꝫ.s.itineris dominū alterꝫ signi cui incidit:habet aūt ⁊ alter duos cuz inter duos sumpta in alterutrius domicilium incidit quorꝫ prior dñs eius. Nam extra utriusq; domicilia vsq; ad tres peruenit duos scilicet inter quos sumitur tertiumq; dñm eius partis igitur virtus integra est cū eamus vnum sequitur ducē ipsius respectu iuuat. Ea vero que duos aut vtriusq; aut eius saltem cuius domicilium possidet. Nam ea que tres aut omniū aut saltem plurimū ⁊ fortiorū. Non tamen eque virtutis vt vterq; vel omnibus respecta sed ꝓximi. Quibus quantuz defuerit tante debilior qd̄ vt respiciūt si aut in casu suo fuerint aut retrogradi:hisq; similibus impediti partis ducatū debilitant infectūq; relinquunt. Respectus itaq; si amicus est optata libere spondet. Inimicus vero rei dono passiones miscet accedunt ⁊ stelle naturaliter ad partium ducatuz spectantes:vt parti operum,si dñi sui respectus defuerit accedet iupiter parti desposationis venus:seruitij mercurius:sicq; per cetera. Qꝫ si respiciunt dūtaxat fortunati ⁊ recepti atq; in cardine partis effectum parant licet nec dum integre neq; id si nō alienū amminiculo hominis quidem nondū in aliqua sua dignitate sint:ignoti vero si extra. Si vero aut infelices aut incorrupti sint aut nō recepti aut remoti rez quidem similant nec tamē perficiunt. Igit impediens si saturnus est ideoq; retrogradus inimicos impedimēto ꝓtendit:mars ꝯtrouersias:mercurius infelix mercaturā aut scripta:luna aliquos rumores:venus mulierum genus:sol iura principiū:iupiter iudiciuz vel legem:caput vō de magnatibus aliqd̄:cauda de vulgo.

De eorum inuicem inuentione.

Postremo inter hos oēs hos duces aliorūz ex alijs loca deprehendēda. Est.n.oino quaterna oium ꝑtium substātiū post est dux a quo numeri sumit initiū:secundus ad quem:tertius est locus a quo:quartus est in quē incidit:Sunt igit oēs hij ea adinuicē cōstituti viribus determinatis duoq; ducibus. Si forte oriētis gradus ignoratur sumet quātum autem est a tertio ad quartū a secundo duce contrario

deducetur. Unde ad primi locum puenire necesse est. Cuz aut ex tribus aliis scdm insequmur sumet item quatum interest a tertio duce ad quartum deductumqꝫ a primo p ordine ad secudi gradu puenit. Exepli causa: sole primo duce. 18. gradus arietis tenete luna. Scdo. 20. leonis. Tertio geminis orientis gradu. 15. Quarto ptis fortune loco in. 18. libre gradu. Itaqꝫ si ex reliqs orietis gradu investigamus sumimus a sole ad lunaz fiuntqꝫ. 123. gradus. Totum igit a gradu ptis ꝯtra signoꝝ ordine deducimus: unde in. 15. geminoꝝ puenire necesse sit. Si vo ex reliqs sole legim⁹ ab orietis gradu ad ptis locum fiuntqꝫ. 123. gradus qd a gradu lune ꝯtra ordinez deducti ad. 17. arietis gradum pueniunt. Nam si luna ex reliqs indagamur sumimus item ab orientis gradu ad partis locu fiuntqꝫ. 123. gradus. Totuz igit a gradu solis per ordinem deductum ad. 20. leonis gradum peruenit.

¶ Opus itroductoꝝ i astronomia Albumasaris abalachi explicit felicit. Venetijs: mandato & expensis Melchionis Sessa: Per Jacobum pentium Leucensez. Anno dni. 1506. Die. 5. Septembris. Regnante inclyto domino Leonardo Lauredano Venetiarum Principe.

¶ Registrum.

a b c d e f g h

Omnes sunt quaterni.